

¶ CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI LIBER DE INTELLECTV AD REVERENDV M IN CRISTO PATREM FRANCISCV M DE HALLEVVIN PONTIFICEM AMBIANORVM

¶ Q. tantum gemini/creati intellectus.

CAP. I.

Vos ut adeo creati intellectus/angelicus et humanus: ille purus/ separatus/ et simplex: hic vero corpori/ sensui & materie iunctus.

¶ Deus summa unitas est: omniū fōs/ initii et origo. Ab ea autē unitate et supsubstāti oīm fōte/ tres manarū creature: prima si implicit intelligibilis/ secunda sensibilis/ tertiā harū media intelligibilis et sensibilis. Simpliciter intelligibilis est angelus angelicuse intellectus: natura insensibilis separata ab oī corpore et materia. Est enī spiritus seipsum fulcīens in se subsistens p se operās/ seq̄; mouēs. Sensibilis creatura: ē quecumq; materiali corporeae mole distī. Intelligibilis vero et sensibilis ē homo qui solus vtriusq; nature et intelligibiliū et sensibiliū mediū reperit. Humanus enī intellectus coniunctus sensui: i materia et corpore fertur. Stabilitur/ mouetur. Primū igitur creauit deus extrema intellectum et corpus: ab inuicem separata. Intellectū per se sine corpore: et corpus p se ex materia sine intellectu. Deinde velut coniunctis extremis produxit ex eis mediū: intellectū in corpore et corpus intellectū peditū. Intellectum autem illum primū per se sine corpore subsistente: angelicum vocamus. Hunc vero secundū corpori coniuctū: humanum. Et ambo rū intellectū: idem est offciū finis unus. vt in diuinā illam sumāq; monadē: iugi intentione recurrente illi cohereat atq; inferatur.

¶ Angelicus intellectus: a principio in omniū scibiliū actu factus: oīa nouit. Humanus vero ab initio vt omnium potēs/ et in omnium potentia factus: actu tandem omnium et scientia perficitur.

¶ Duo sunt simplicissima et prima rerum omnium extrema: esse et posse / actus et potentia. Angelicus intellectus est esse et actus omnium. Humanus vero: omnium posse et potētia. Si igitur angelicus intellectus ab sue creationis initio est esse et actus: idem intellectus ab initio indiuisibiliter et sine tempore perfectus est et ex natura et momēto sue creationis evasit vniuersa. Humanus vero intellectus ab instātū sue creationis ē potentia omniū: secundum tempus angelico intellectui equanda. Vnde fit vt angelicus sit vt punctū: quod ē linea initium. Humanus vero vt linea: que est explicatio et motus puncti. Angelicus enim intellectus: perfectus est simul totus simul/ in unitate/ in punto/ in indiuisibili. Humanus vero sensim perficitur: in numero/ in tempore/ et in linea. Fit iterum vt angelicus intellectus sit vt curua linea: humanus vero vt recta. Est enim curua linea natura prior et uniformior: recta vero natura posterior/ sensibilior et explicatio curue. Curua itē linea idētitatis linea ē: et unitatis extremitū. Recta vero alteritatis est et diuersitatis.

¶ Distant igitur angelicus et humanus intellectus: sicut et quevis duo opposita. vt actus et potentia / lux et tenebre/ scientia et ignoratio/ principiū et finis/ immobile et mobile/ immediatum et mediatum/ natura et ars.

¶ Opposita dicimus non contraria/ aut ad inuicem pugnantia: sed que cum se ex aduerso respiciant/ ad inuicem cōuertantur/ et alterū alterius est perfectio. vt actus/ perfectio ē posse: lux/ tenebrarum: scientia/ ignoratio: et natura/ artis. Intellectus quoq; angelicus: perfectio quedā est humani intellectus. Nam haud aliter humanus intellectus q̄ per sublimiorē angelicū: ad deū prouehitur/ fitq; diuini luminis capax. Et abo intellectus ad inuicem aliquo pacto conuertuntur: angelicus ad humanū prouehendiq; illius in deum causa. Humanus vero ad angelicum: vt cuius medio et arcana insinuatione/ diuina illa insensibilis lux ad se vsq; pertingit.

¶ Angelicus intellectus est vt actus/ lux/ scientia/ principiū/ immobile/ immediatum et natura. Humanus vero vt potentia/ tenebre/ ignoratio/ finis/ immobile/ mediatum et ars.

¶ Angelicus intellectus est actus: quia esse, lux est/ vt qui primo apparuit: et ante omnē crea-

turam/ex diuina unitate processit semperq; deo astans: imensum diuini et mixti luminis pelagus supra humanum modum haurit. Scientia est: quia verissima omni et abstractissima conceptio. Principiū rursus: quia prior humano intellectu et initium et punctū primū omnis creature: a quo cepta ē explicari et produci vniuersorū linea. Immobile: nam sine motu simplici et indiuisibili omniū esse perficitur. Immediatum: vt qui attiguus est et proximus deo et sine medio ortus a deo. Natura: vt qui natura perfect⁹ est: nullo motu nulla arte egens: cui nichil addi a quo demī nichil possit. Humanus autem intellectus potētia est: vt qui ab initio nichil ē fieri tamē oīa potest. Tenebre: vt qui haudquaq; simplici et primo sed permixto adumbrato secundoue lumine (per angelici intellectus medium) a deo illustratur. Finis: nam āgelico posterior & qui tātū i fine perficitur. Mobile: vt qui p angelicū intellectū i deum fertur temporeq; cōsumatur. Mediatum: nā ab ipso deo angelici intellect⁹ capedine atq; interuallo disclusus. Ars: vt qui ichoat⁹ a natura arte pfici eget. & qui product⁹ a natura in esse simplici: demum cōposito secundo studiosoue esse dī mo do suūp̄s operatione duplicatur.

CQuecunq; tamen angelice illi menti ab initio insunt: eadem et humane in fine. Et vt principium et natura angelicum: ita et finis et ars humanum perficiunt intellectum.

CNichil moueat quempā: nos angelicum intellectū principiū dixisse: humanū vero finē. cū principium omne videatur fine esse ignobilius: et finis sit quedā principii perfectio. Angelicus autem intellectus: natura perfectior sit humano atq; eminentior. Nā dumtaxat in subiecto et ente eodem (quod principio & fine variatur) verum est ignobilis esse principiū: finē vero prestātiorē, vt hō pfector est i fine: q; in principio. In diuersis autē subiectis vt angelo et homine aut in eo quod semper idē et immutabile est: vt in angelo: aut principiū et finis eodē se habent modo: aut principiū fine illustrius et prestantius euadit. Angelus enī principiū est creature dei et nobilissima creatura: a qua explicari cepta est creaturarū linea. Homo vero finis est creature dei: et creaturarū omnium periodus angelo paulo inferior. Sicut igitur angelica mēs a principio est in esse et in actu omnium: ita et humana in fine. Et sicut natura perfectus est angelus: ita et homo arte cōsumatur. Et angelicus intellectus vt indiuidus et simplex: differentijs caret perfecti et imperfecti actus et potentie. Est enim tam in principio q; in fine perfectus et in actu omniū: potentiam nullā habēs actu ipso anterorem. Humanus autem differentiā recipit utraq; antea imperfect⁹ inanis et in potestate vniuersum. tandem vero perfectus ac plenus: posteaq; seipsum mundana natificatione orationi actu et intellectualis specie referciuit.

CHinc inter angelicum et humanum intellectum est summa ab initio inequalitas. In fine autem ambo intellect⁹ equantur: tātusq; est ab arte humantus/quat⁹ a natura āgelicus.

CQuanta est distantia inter omne et nichil: tanta est ab initio inequality inter angelicū atq; humanū intellectum. hic enī vt diximus ab initio nichil est: ille vero ab initio est oīa. Arte autem & tempore perficitur human⁹ intellectus. fitq; continue aliquid: quoad omnia factus sit: & angelico intellectui cuas erit equalis. Vnde fit vt intellectus angelicus sit intellectus immobilis: qui in uno simplici et indiuiduo ante omnia et supra omnia: sine omniū speciebus in proprio suo esse omnia est. Humanus vero intellectus: est intellectus mobilis. per omnia discurrens: et qui per ipsorū omniū species omnia fit.

CAngelicus enī intellectus simul atq; factus est: omnia immobiliter didicit.

Humano autem intellectui innata est rerum omni ignorantia: quem necesse est actione propria circulatione et arte: in rerū omniū peruenire noticiam.

CAngelicus intellectus est purus actus: cui nichil inest potentie. is igitur ab initio est quicquid esse potest: et nichil aliud fieri nat⁹ est. Nam si nat⁹ esset aliquid fieri: quod nō esset ab initio: iuesset illi eius entis potentia. & minime esset actus purus et separatus: sed altcui potentie permixtus. Angelicus itaq; intellectus nō modo omnia immobiliter didicit: sed & ē omnia sine motu. Oritur enī omnis motus ex priuatione potentia & defectu. Nulla autē est in angelo priuatio: nulla in eo potentia aut defectus. Rursum intellige sicut angelicus intel-

natiōne & negotiatio
natiōni negotiōi est.

Iectus est purus ab initio actus: qui nichil nō est: ita et humanum intellectum esse ab initio simplicem puramq; potētiā que actu quidem nichil est: seu omnia non est fieri tamē oīa sit nata. Hanc rerum omnīū priuationem: vocamus ignoratiā intellectū humano innatam. Perficitur autem is intellectus: arte motu & actionib; plurimis: quibus omnīū rerum capessit recipitq; speciem fitq; actu omnia. Non enī intellectus humanus est nichil simpli- citer: nam ex simpliciter non ente nichil fit sed est ab initio solo actu nichil: potentia vero omnia est. Est enī ab initio nullus actus: est tamen omnium capax facultas et speculatrix potentia. Vnde fit ut hec duo: actu omnia & potentia omnia: sint tanq; angelicus: atq; hu- manus intellectus. Nam hic vniuersalis potentia est: ille vniuersalis actus.

C Et vt angelicus intellectus: ab initio omnia est & nichil fieri potest: ita & humanus omnia ab initio fieri potest: nichil est.

C Simplex: purus et separatus actus omne esse claudit: omne vero posse: omnēue potentia excludit. simplex quoq; potentia omniē excludit actuū: ut que potest omnia: nichil est. vni- uersalis autem & purus actus: est (vt diximus) angelicus intellectus, vniuersalis vero potē- tia: intellectus humanus. Creavit igitur deus omnia ante fierent in angelico intellectu: qui est actu omnia: et ante omnia creat: est cūctis sublimior. Statuit quoq; duo tota vniuersa- lia: tāq; rerū omnīū extrema et maxima. vniuersale affirmatiū et vniuersale negatiū: omne icilicet & nichil: illud ante omnia: hoc post oīa. Angelicus enī intellectus: est prima et antiquissima dei creatura: actu omnia. humanus vero ceaturarum ultima: actu nichil. Vnde fit ut omnēsuam creaturā concluserit deus inter duos intellectus: angelicum et hu- manū: velut inter ingentia mundi luminaria: solē & lunam: ut hoc pacto ab vtraq; parte vniuersum eius op̄ intellectuali lumine illustretur.

C Vt rursus angelicus intellectus: est omniū essentia: ita & humanus: om- nium potentia et nulla essentia. In fine tamen est et omnium essentia.

C Angelicus intellectus est omniū esse: humanus vero omniū posse. formentur igitur hec duo: ab esse: essentia: et ab eo quod est posse: potētia: erit intellectus angelicus omnis essentia: siue omniū essentia. Humanus vero omnis parentia: siue potētia omniū: et nullius esse- tia: id est nullius actus: siue nichil in actu. qui tamē in fine perfectus: euadit omnis essentia: siue omnia in actu. Perficitur enim tempore: intellectus humanus: fitq; continue aliud et aliud: quoad omnia factus sit. Vnde fit ut per pulchre trifariam deus oīa creauerit: scilicet in esse simplici: in fieri posse: & in continue fieri. In esse simplici per angelicum intellectum. In posse fieri per humanum intellectum: qui est posse fieri omnium. In continue fieri per esse et posse: quando hūanus intellectus continue perficitur: fitq; actu id quod fieri natus est. Creavit item deus omnia ante omnia: omnia in omnibus: et omnia post omnia. Om- nia ante omnia: per angelicum intellectum, omnia in omnibus: per ipsa omnia: quando in seipsis a deo sunt (post angelum) creat, omnia vero post omnia: per humanum intelle- ctum: qui quodam modo omnia est: et post omnia creat: est. Fit iterum ut omnia sint tan- tum tria: duo scilicet extremi intellectus: quorum vterq; est omnia: et reliqua omnia queq; in vtriusq; intellectus medio clauduntur. Et eorum quodlibet est quodlibet: et omnia: om- nia. Nam tantum detribus dicimus omne: et eorum quodlibet est omne. Manifestū est itē vniuersū dei opus esse trinum: absolutum: cōtētumq; duobus extremis intellectib; et am- borum medio. Angelic⁹ enim et humanus intellectus: sunt diuini operis extrema. Mediū autem: est oīnis sensibilis creatura siue materia: post angelū āte hominem creata. Omne igitur quod fecit deus: vel est actus simplex: vel potentia simplex: vel actus et potētia: & ho- rum trium: vnuquodq; est vnum: totū et omne. Act⁹ enim simplex est totus actus: potētia simplex: tota & vniuersalis potētia. Actus est potentia simul: totum sunt ex actu et potētia. Iterū omne quod creatum est: vel est omne: aut nichil: aut aliquid et aliquid nō. Nulla enī creatura media: per se est omnia ipsa tamen aliquid est. igit omnis media creatura: aliquid est et aliquid nō est: omnes tamē mediesimul sumptē sunt omnia. Creavit igit deus vni- uersalia extrema: affirmatiū et negatiū: et p̄icularia media: affirmatiū pariter et ne- gatiū. Et hec rursū vera sunt: ante omnia creatum ē omne: id est angelic⁹ intellectus. In omnibus: creata sunt omnia: propter ipsa omnia. Post omnia creatū est nichil: id est huma- nus intellectus: qui ab sue creationis initio: actu nichil est: est tamen omniū potens. Hec quoq; verissima sunt: omnia sunt vnu: ut in angelo. Omnia sunt plurima: scilicet in seipsis

Omnia sunt nichil: ut in homine/ qui ab initio/ ut pote nulla affect⁹ specie/ omnisue rationis forme exors / nichil esse eorum que sunt: verissime pronunciatur.

CV triusq; intellect⁹ coniunctio et equalitas: haudquaq; ex angelici/ sed humāni intellectus natura procedit.

Angelicus intellect⁹ ab initio/ atq; ex sua natura est omnia. Human⁹ vero ab initio/ fieri omnia potest. in fine autem cū omnia euafit: angelico intellectui factus est equalis: eiq; coiungitur. Hec igitur equalitas/ atq; coniunctio: haudquaq; ex angelico intellectus natura pendet ut qui semper idē est& immutabilis nullasq; principij et finis differētias receptat: sed ex humani natura et demutacione accidit. Perficit etenim humanus intellectus in angelicum: atq; ad angelico perfectionē vnitatē et equalitatem cōscendit. Sicut in humanis maxime ab inuicem in initio distant qui docet et qui discit. ille quidē actu omnia: hic vero nichil adhuc nouit. Ambo tamē in fine: & similes doctrina fiūt et equales. Hec autē equalitas: ex mutatione eius pendet qui discit. Qui enī docet: inutabilis est et sēper idem. qui autem discit: assidue in altum nititur quoad norit oia/ sitq; similis ei qui se docuit.

De simplicitate angelici intellectus: & permixtione humani. Cap. II.

Angelicus intellectus est ut omnium presentia/ instantia et actus. Humanus ut omnium distantia/ potētia/ & futurum. **P**resens est instans mediū: et act⁹ oīm simplex. Distantia autē: absentia rei cōstet i potētia. Est igitur angelico intellect⁹ similis p̄sentis: humāno futuro. Sūt enim oīam angelico intellectu p̄sens: humāno futura. Et sicut solū p̄sens/ si in esse: futū autē actu/ i posse et potētia/ in esse: ita et angelico intellectus/ actu est in oīm esse. Humanus vero actu/ in posse oīm: & potētia/ in esse oīm. Et sicut esse: cōsistit i idiusibili et pūcto/ posse vero i quodā sectili et i linea: ita et angelico intellect⁹ secūdū idiusibile & pūctū est oīm. Humanus vero secūdū linea oīa fieri nat⁹ est. unico enim termino/ ut si p̄lici natura: angelicus intellect⁹ oīa rep̄te fact⁹ est. Duorū autē terminorū fluxione/ natura sciūct et arte: humānus intellect⁹ sensim/ ac diuisibiliter oīa fit.

Angeli⁹ intellectus/ sicut a materia abiūctus ē: ita & sine specie intelligit. **A**ngelicus intellectus ut robīq; modo est simplex: essentia scilicet et intellectione, vnius enim simplicitas est et alterius. Nam si angelicus intellectus/ suo ipso esse perfect⁹ est. vnde illa aduentabit species/ ad eius perfectionē necessaria. Ab eo siquidē quē astruis esse purū actum/ oīmē potētiam excludis. Si igitur eum indigere specie et intelligere per specie posueris: erit ad huiusmodi specie in potentia. et innata eidem erit aliqua priuatio: aduentitia et peregrina huiusmodi specie perficienda. Est enī intellectualis species: ad id in quo recipi nata est ut actus. Id vero quod eam captat et recipit: ut potētia et subiectū. Eset igitur angelico intellectus/ aduentatis potētia speciei: ipsa vero exotica species/ ut ei⁹ act⁹. Et qua ratione posueris eundē coniunctum speciei: dicas profecto et materiei esse permixtū. Rursū angelico intellectus/ ante omnia/ factus est. igitur et anteq; oīa fierent/ nouit ipse oīa. Nam eo ipso quod est: omnia est. et codē ipso suo esse nouit se/ nichil nō esse. Nō itaq; omnia euafit per omniū species: ut qui anteq; essat vllae rerū species/ erat oīa/ et nouerat se esse omnia. Nouit igitur angelicus intellect⁹ omnia/ nō per ipsa omnia: neq; per ipsorū omnium sp̄es. sed simpliciter & p̄ se intuitu et cōplatione sui esse/ anteq; oīa fierēt. Est enī esse angelicū purus actus: et esse quiddā omniū/ ante omne esse: primāve et simplicissima oīm cōceptio.

Humanus intellectus ut cōiūctus est materiei: ita & per speciem intelligit. **H**umanus intellectus: et substantia et actione/ permixtus est. substātia: quia in materia degit/ et subiecto i corpore fertur. Actione vero: quia eius intellectio/ haud sine exotica et aduentitia specie/ fieri potest. Qui enī deficit a simplicitate subiecti: deficit et a simplicitate obiecti. et qui mixt⁹ est subiecto: mixtus est et obiecto. Impossibile enī est humanum intellectū: e continent et ex semetipso/ nosse vniuersa. sed per omniū species/ omnia fit. Est enī omniū potentia. potentia autē perfici et impleri nequit: nisi ab aduentate actu. Vniuersorum autē species/ sunt quidam actus: quorū habit⁹ et plenitudo/ nūcupatur humani intellectus perficio/ lux et sciētia. Ex his iterū manifestum est intellectum angelicū: esse purū/ esse imixtum et sine specie. Nam cum sit natura simplex: vno tātū exprimitur cōtineturue termino. Est enī omniū simplex esse: sine posse: sine sola essentia/ sine potentia. Rursū in eo

Ipsò: idem sunt esse et scire essentia et sciētia, que in humano intellectu vt qui geminis clau ditur terminis reperiuntur diuersa. Aliud enī est eius esse aliud scire: alia eius essentia alia sciētia. Inest enī illi ab initio et a natura esse: scire autē nōdū nisi in fine et ab arte. Si igitur veriore quopiā et eminentiōremodo angelicus intellectus est omnia q̄ humanus huma nus autē omnia est dūtaxat quia omnia nouit omniūq; sciētiā indeptus est: erit angelicus omnia secundū esse. Estenī esse verius quippiā ac prestatiō: q̄ scire, et essentia eminentior scientia, et quod in homine est scire: est in angelo esse.

4 **¶** Quicquid est: vnum est et trinum.

Vnum tantū est creans deo. Q uod vero creatū: est trinum, omne enī quod creatum est: aut est extreñū: aut medium. si extreñū: intellectus est: aut angelicus aut humanus. Diximus enim hec esse creaturarū extrema. Si medium: est sensibilis creatura posterior āgelo: homine prior creata. Omne igit̄ quod ē vnu et trinū est. Nā preter hec nichil ē: deū āges lus: sensibilis creatura homo, vnu est opifex op̄ eius trinū. opifex quid sit scire nullus posse. opus autē ipsius: est aut actus: aut potentia: aut vtriusq; vnu: siue aut esse: aut fieri posse: aut continue fieri.

5 **¶** Quicquid est: est omne et totum: et quodlibet quodlibet.

In superiorē propositione deū inter ea que sunt posuimus, in presenti vero deum exclusentes: eatantū esse dicim⁹ que a deo facta sunt. Hec autē dixim⁹ esse tria: geminos intellectus angelicum et humanū: et omnē mediā creaturam. Tantum igitur tria sū: que facta sūt: duo extrema et medium, et eorū vnu quodq; est totū et omne: et quodlibet quodlibet. Intellectus quippe angelicus: est esse omniū: et vniuersalis omniū actus. Human⁹ intellectus: est oīm posse: et vniuersalis omniū potentia. Et quecūq; inter vtrūq; intellectum relinquentur: sunt omnia secundū substantiā ex actu et potentia. Intellectus enī angelicus: est vt simplex omniū actus, humanus: vt simplex et vniuersalis omniū potētia. Quicquid vero supereſt: sensibile est et eorū medium ex actu et potentia. Sūt enim tantum hec tria: actus omnium: potentia omniū: et substantia omnium. et eorum vnu quodq; est totum et omne: et quodlibet quodlibet.

6 **¶** Creauit deus omnia in intellectu.

Creauit deus vt superius ostēdimus tantum tria: duo extrema: et eorū mediū. Eius enī: opus est trinū. duo extrema: sunt vterq; intellectus angelicus et humanus. hic vtrū omniū posse: ille vt omnium actus. Mediū vero est omnis reliqua substātia inter āgelū et hominē: hoc prior illo posterior. Omniū igitur rerū mete fines et naturales termini: sunt ambo intellectus. Atqui omnia: suis finib⁹ et ternūis arcētū claudūtū et cōtinētū. omne quoq; medium in suis clauditū extremis. Sunt itaq; omnia id est omnium rerū substātia: in intellectu. Clauduntur enī vna ex parte: angelico altera hūano intellectu. Rursum in principio et in fine: sunt omnia. Angelic⁹ autem intellectus: principium est oīs creature. Humanus vero omnis creature period⁹ et finis. Sunt igitur omnia in intellectu creata: et extra intellectum nichil creatum.

7 **¶** Angelicus et hūan⁹ intellect⁹: adinūcē ratiōes habēt forme & materie.

Finge actum verum et perfectum: separatum ab omni potentia. hic erit āgelic⁹ intellect⁹ qui nichil nō est. finge et ex opposito potentiam veram ac simplicem: ab omni separatum actu. hic erit humanus intellectus: qui ab initio nichil est: preter id quod est: scilicet omniū potentia. Est enim humanus intellectus: omniū potentia: et nichil aliud ab initio: q̄ oīum potētia. Quando enim dicimus humanum intellectū nichil esse: haud propriū ei⁹ esse deſtitūmus. Est enim propriū eius esse: rerum omniū potētia: sed nullā eidem a natura volui nius inesse speciem: nullū in eo naturalem esse actum. cui⁹ habitu: aliquid id est alicui rei simili possit. Participatione enī speciei: intellectus id fieri aut ei similis fieri dicitur: cui⁹ specie impregnatur. Intellectum igitur humanū natura nichil esse: non ē ipsum simpliciter nichil esse: aut simpliciter esse nō ens: sed est ipm a natura nulli⁹ rei habere speciem. potēs est autē in omnē exaurire speciem et omnia fieri: et ad id factus natus est vt omnia fieri: et aliquando omnia factus sit. Et q̄ natura separatus est ab omni specie: arte sola fit oīformis: omniue specie insignis. Est igitur angelic⁹ intellectus similis forme et actui: humanus vero materie et potētiae. Est enī forma: eis erei naturalis: materia vero eius potētia. Disstant autem q̄ materia et forma: semper cōiuncta et agglutinata sūt: et vnum aliquid cōfit-

ciunt ut rem naturalē. Ambo autē intellectus semper ab inūcē sunt separati: et nichil vñū conflant. Et in ipsis intellectibus: fit motus ab actu ad potentiam. Angelicus enim intellectus (qui est actus) & creatus est prior. Humanus vero (qui potentia) posterior. In re autē naturali motus fit econtrario a potentia ad actum / a materia ad formā. Prima enī rei naturalis pars materia est: secunda autem pars forma.

C Omnia preter suam naturam sublimiore quodā modo sunt i intellectu angelico: secundum suas species in humano: secundum materiam et substatiā i seipsis. Altera omnia sunt in intellectu angelico / aliter in seipsis et aliter in humano. In intellectu angelico sunt preter suā naturā et supra naturā: sine specie vlla aut materia / aut substatiā. Erat enim angelicus intellectus omnia: priusq fierent omnia. Porro in humano intellectu sunt omnia secundum suas species: vt qui tandem omniū speciebus afficitur / euaditq; oīformis. In seipsis autē subsistunt omnia secundū se: sensibiliter / secundū materiam et substatiā. **C**Rursum in angelico intellectu sunt omnia ante esse: in seipsis / in esse; i humano post esse.

Omnia? **C** Q uicquid est: est vñū: et nichil est preter vñū. Angelic⁹ intellect⁹ vñ⁹ est: similis et humanus virus. Omnes autē medie creature inter vtrūq; intellectum (que in presenti propositiōe dicūtur omnia) / c̄et plurime sunt et varie: pari quoq; modo vñū aliquid sūt. Finiūt enim ad vtrūq; intellectum: ratione et denominatione sensibilis medi⁹ / sūtq; vt amboū intellectū mediū. Et sicut i trino rerum ordine: vtrūq; extremū est vñū: ita et mediū quo-dam modo oportet esse vñū. **T**riplex igitur est vñū: quod creatum est: vñū ante esse / vnum in esse / et vnum post esse. **V**nū ante esse est angelicus intellect⁹: qui omnia ē anteq fierēt. Tāq; simplicissima diuina et prima eorū omniū que facturus erat deus: conceptio. **V**num in esse est omnis media creature: angelico intellectu posterior / humano prior facta. Omne enim quod i intellectū medio creatū est: est vñū in esse. **V**nū vero post esse est intellect⁹ humanus: qui sup̄ius atq; nouissimus post omnia est fact⁹. Fecit enī deus ante omnia angelicū intellectū. Deinde in omnibus omnia fecit: et in seipsis singula. Postremo vero siue post omnia / humanū fabricatus intellectū: ab sua operatiōe quietuit. Vniuersa igitur queq; subsistūt: id est vniuersa medie creature (nā he sunt omnia) sūt i intellectu angelico velut ante esse: in seipsis / vt in esse: in humano deniq; intellectu / post esse. In angelico intellectu sunt secundum esse intellectuale. In seip̄is secundum sensibile / ac naturale esse. In humano vero secundum rationale esse subsistunt.

C Qz deus: est vtriusq; intellectus obiectum.

Cap. III.

Triusq; intellect⁹ idē est obiectum: summū scilicet bonum eorum principiū: cuius naturali lumine illustratur.

V Sicut in corpore sūt gemini sensus: interior vñ⁹ / aliis exterior: et aborū obiectū sensibilis scilicet / materialis siue substatiā: ita et in spū duo reperiūt intellect⁹: oīs enī intellect⁹ / materialis et spiritus quidā est vñ⁹ interior / exterior ali⁹. et aborū vñū / atq; idē est obiectū: suprena scilicet intellectua lis et i materialis substatiā: rerū opifex oīm / siime bona / cōditrix vtriusq; intellect⁹ / fōs et t̄pelag⁹ toti⁹ lucis. cui⁹ p̄cipiatōe / vterq; intellect⁹ illustrat: et i infinitā humani modi substatiā ppetuo intēdit. Sicut enī oīs nūer⁹ / haud aliūdē q vnitatis / q fōs est oīm nūcrorū p̄cipiatōe et subsistit et vñ⁹ est nūer⁹ / ideoq; naturali quodā modo vnitati coheret / vt ab ea conuelli ac disseparari neqat: ita et intellectū / angelici et humano dualitas / p̄cipia quadā et ppetua itētiōis vi: in sumā illā recurrat monadē / vt toti⁹ sue substatiā atq; sciētie initiū. illi deniq; iseparabiliter coheret atq; iserit: illā iugiter venerāt / admirat / cōtēlat.

Angelicus intellectus: ei obiecto est immediatus et proximus. humanus vero ab eodem obiecto: angelici intellectus medio / distare competitur.

Prima dei creatura: angelus est: tempore omni creatura antiquior. Ultima homo: diuini operis et temporis finis. Inter igitur deū et angelū: nulla est media creatura. quare et angelicus intellect⁹ / suapte ipsius natura: coniunctus est et proximus suo obiecto. ad quod nulla media itēcapedine discurrit: sed simplicissimo et primo ei⁹ radio illustratur. human⁹ vero intellectus / vt qui angelicū intellectum recellit / illiq; subsidet angelici mēdio: secundo et min⁹

Simplici lumine a deo illustratur in deum seruit, sicut deus. Omnis enim intellectus id fieri eius assimilari natus est: quod in naturalis intelligentie capessit, et potentia eius ad id natura instiuta & facta est: ut transeat euadatque in obiectum. sed que proxima, attigua & coniuncta est obiecto, eidem quoque similius sit: et prius filius atque alterius seruitur a propioreque luce donatur. Que vero ab obiecto eminens distat: cognitus ordine per proprieatem illius in seculo lumen admittit in illudque subuehit.

CVnde fit ut angelic⁹ intellectus sit natura immobilis et simplex. Humanus vero mobilis & per multa discurrens: priusq; in obiectum perueniat.

¶ Quanis motus: sit de extremo/ in extremū/ p medium. vbi autē nullum fuerit mediū: extrema attigua sit et proxima oportet/ nullūq; ibi motū possibile est reperi. Est enim distātia: cuiusvis motus initū. Angelic⁹ igitur intellect⁹ vt attiguus et proximus deo: sine motu perfectus est/ et cōiunctus deo. Nullo enī medio: in eū nixurit/ ac fertur. sed fix⁹ et immobili⁹ simplici statu (quo iugis deo astat) in seipso perficitur. Humanus vero intellectus et angelico intellectu et omni sensibili materialiue creatura posterior/ cōiunctus et admixtus sicut: imprimis per omnū sensibiliū creaturarū gradus discurrit q; ad angelicā simplicitatē et diuinā unitatē perueniatur plurib; q; mediis ad optatum finē diuināq; noticiā pertendit..

*nixurie . i. niti velle
a nitoz meditatiij.*

4 Tantum in extremis sui operis ē et inhabitat deus: in mediis non est.

¶ Ad huius ppositionis veritatem: finge deū haud aliud esse q̄ vt & Mercurius & pleriq-
uiunt j̄mēlām lucē. siue vt diuus Dionysius s̄c̄tit j̄finitiluminis pelagus: quod ipsam mētis-
hebetat aciem. adeo vt tenebrarū/ potiusq̄ luminis nomine censetur. Aio hūc ī modū. de⁹
lux est. lux autē ijs est solis: que lucis sūt capacia ut que natura p̄parata/ atq; ad suscipiēdā
lucē idonea: qualia sunt specula. Atqui duo tātū sūt naturalia diuine lucis specula/ duoue-
ingentia luminaria: angelicus et humanus intellectus. angelicus vt sol: hūan⁹ vt luna. Ab-
his vero intellectibus: diximus vniuersū dei opus claudi/ cingi/ contineri. et esse vtrūq; intel-
lectū: diuim toti⁹ operis extrema. angelicū/ initiu: humanū/ finē. Tātū igitur ī extremis sui
operis (id est ī angelo atq; hoīe: siue in āgelico atq; hūano intellectu) est et inhabitat de⁹. in
medijs. vero vt ī ceteris s̄esibilib⁹ materialibus siue creaturis nō est. q̄ nullā dei spiritalē et in-
uisibilē recipiunt lucē: nullā ei⁹ scientiā et agnitionē cōsequūtur. Et pfecto dicere tātū i sui
operis extremis. esse deū: ē dicere deū solis extremis creaturis. angelo atq; hōi cognitū/ per-
spectūq; eē. et haud plura q̄ duo: eē naturalia diuine lucis specula/ totiusq; diuinitatis tēpla.
Speculū diuine lucis primū/ est angelicus intellectus: similis corpori transparenti/ qđ ī pro-
fundū lumē admittit: totūq; illustrat. Speculū vero diuine lucis scdm: est hūan⁹ intellect⁹.
similis ijs speculis: que dūtaxat vna sui superficie illustrata/ rerū imagines ī se suscipiūt: in-
profūdo vero et reliqua superficie gr̄efosa manent et obscura. Celeste quoq; dei tēplū est an-
gelus: templū vero dei in terris homo. habitat enī deus p angelū in celo/ p hoīem ī terra.

• Ονεφοσις εις οβστανη
nebulosii. ΚΝΕΦΑΣ φε
νυμβη βρατ λατη.

³ Deus ut vtriusq; intellectu: objectu: actus est & substātia vtriusq;. vterq;

vero intellectus: ut ei quodam emanatio / splendor / apparitio & cognitiva potestia.
Obiectum actus est cognitiae potentie, actus autem et obiectum: natura prius est potentia et cognitiae facultate. Omnis enim potentia id fit: quod actus antea subsistit et naturaliter est. Prius est igitur obiectum / cognitiva potestate. ut intelligibile prius est intellectu: et sensibile prius sensu. omnisque veritas sua similitudine: et substantia / accidente prior. Diximus autem deum: utriusque intellectus angelici atque humani naturale esse obiectum: fontemque totius ipsorum luminis / scientie / veritatis et agnitionis. dedit enim substantia utriusque intellectui: atque ad suum imaginem utriusque procreavit. quos et circa se intentos ne decidat: fulcit / souet / sua lampade illustrat / iugisq; sibi. Vterque igitur intellectus ad deum: est ut potentia quedam ipsius cognitiva / diuinique / luminis receptaculum / speculum diuine imaginis / diuinitatis emanatio / splendor et apparitio. Erat enim deus ab eterno: veraciter et in semetipso subsistens / solus ante omnem creaturam. Non dum tamen VIII innotuerat: necdum extra se profectus / cuique apparebat. Apparuit autem primus in initio et consumatio sui operis: binaque lampade / prima angelici / extrema humani intellectus in suo opere splendescere cepit.

CId fiunt angelicus atq; humanus intellectus: quod est actu deus.

⁶ Omnis potētia fieri dicitur obiectum: et assimilari obiecto, est enim obiectū actū et prius.

tioned uinorūq; radiorū patula susceptione vterq; intellectus: quod est actū de⁹. Nititur enī suapte natura vterq; intellectus in deū: vt diuinitatis particeps diuinusq; fiat. Etenī finis/ consumatio et perfectio vtriusq; intellectus: est de⁹. vt quantū quisq; diuinitatis est capax: pto modulo suo euadat in deū. Primus tamen(vt diximus) angelic⁹ euadit in deū: simpli- cioreq; et illustriore radio/ immobiliter perficitur. **Hūan⁹** autē haud aliter q; ab angelico/ i deū traductus: deo adunatur fitq; de⁹. Sed dicet fortassis quispiā: cui angelicū intellectū prius vocantes simplicem et purū actū: dixim⁹ eū nichil fieri posse et esse velut omnium essentiam. nūc autem vtrūq; potentia nūcupam⁹ et fieri posse deū. **C** Ad hec dicimus: an- gelicū intellectū quādo ad inferiores et posteriores creaturas/ materialē et sensibiles cō- paratur: veraciter exprimi vt omniū esse/ vt simplicē actū: et nichil fieri posse. et eē ab iūtio vniuersa: queq; in humānū intellectū sensim/ diuisibiliter et in tempore traducūtur. Si aut̄ ad deū vtriusq; intellectus cōparatio fiat: vterq; ad deū quodā modo potentia est/ idq; fieri potēs qd est deus. Angelicus tñ potētia. p̄prior est/ deo attigua/ sine motu pfecta. Hūa- nus vero potētia secūda/ semotior a deo motu egēs: vt in deū euadat/ diuinitateq; repleat. **C** Non eodem modo ambo intellect⁹: ad deum et ad diuinum opus/ sele 7 habere comp̄iuntur.

C Ambo intellectus ad deū: uno tantū/ eodēq; nomine(vt potētia) censem̄t. Est enī de⁹ actus et substātia vtriusq;: ambo vero intellectus/ cognitue quedā dei facultates. Differē- tias tamē habent adiuvicem/ sub nomine potentie prime et secūde: imobilis et mobilis/ ab initio et in fine perfecte. Nam prior et ab initio/ pficitur angelus a deo: posterior vero et in fine homo. Ambo autē intellect⁹ ad diuinū op⁹/ id est ad omnē reliquā creaturā/ materialē et sensibile/ diuina cognitione et intellectu carentē: varijs censem̄t nominibus/ habentq; adiuvicem differētias actus et potentie. Angelicus enī intellectus(vt sepe diximus) est act⁹ et esse omniū: humanus vero omniū potentia et posse.

C Ante omnia est de⁹/ fons omniū/nichil omniū. Deinde angel⁹: omniū 8 actus. **H**inc subsistunt oīa: postremus homo omniū potētia. Rursū nichil. **C** Vniuerso quicquid est aliquid: aut actus est aut potētia. et preter hec/ nichil est alicui⁹ preter ipsū aliquid/ quod est ex actu et potentia. Q uicquid enī est/ nam deus est ante esse et quid sit indiffinibile/ aut actus est/ aut potētia/ aut ex actu et potētia. Deus autē anterior et prior est actu: vt qui ipsum cōdidit actū. deus igitur initium quidē ē omniū: sed nichil est omniū. neq; enim actus est omniū: neq; ipsa omnia/ neq; omniū potētia. Cōdidit autem deus p̄mit⁹ omniū actum/ purū et separatū: vt angel⁹. quicū sit vniuersalis et tot⁹ actus: omnia est ab initio/ et fieri nichil potest. Est enī nō aliud q; omniū actus. et si quid aliud es- set angel⁹/ q; omniū act⁹: nō esset prima et simplicissima deī creatura diuini operis initii. Deinde productio condicione omniū actu: ex eius permixtione et vniione cū potentia/ facta sunt omnia. quoad sensim inīniū cepit ipse act⁹/ eoq; ex toto deficiēt: sup̄ma orta est oīm potentia que est homo/ vltima dei creatura/ et qui actu quidē nichil est/ omnia autē fieri potest. Nichil enim aliud est ab initio homo/ q; id quod est: scilicet omniū potentia/ omniū actu p̄fici nata. Post hominē nichil creauit deus: neq; actū neq; potentiam/ neq; substā- tiam aliquā totā. Creauit igitur deus hec tantū tria: actū omniū/ substātiam omniū/ siue ipsa omnia/ et potentia omniū. atq; horū extrema scilicet actus et potentia omniū: sunt se- parata simplicia et tota. Media vero ipsa scilicet omnia/ coniunctas sunt: et ex actu et potētia. Angelicus enim intellectus ab initio omnia est: fieri nichil potest. Hūanus omnia fieri po- test: nichil est. Medie creature/ aliquid quidē sunt et aliquid nō sunt. Nā quāta illis inest vis actum: tantū cōdem esse dicātur. Q uāta vero est ipsa potentie participatio: hactenus nō esse probantur. Est enim actus ipsum esse: potentia vero/ ipsū nō esse. Sed queret aliquis cū oīa subsistant ex actu et potētia/ preter ipsa omniū extrema/ actum scilicet et potentia/ que na- tura simplicia et separata sunt/ cur deus nō prius actū et potentiam statuit ad esse/ q; omnia/ cum videātur actus et potentia/ ex quibus ipsa media cōflātur/ omniū esse extrema et ptes. sed primo omniū produxit actum/ deinde omnia: postremā vero vniuersorum potētiā. Dicimus deū ab extremo in extremum/ per media processisse. et a maximo inchoasse: cōsū- masse in minimo. Est enim angelicus intellectus(vt qui maxime et supereminēter omnia est) idipsum maximū/ nichil fieri natū. Human⁹ vero/ vt qui ab initio nichil est/ ipsius minimi ratione finiendus est/ tanq; penē nichil: fieri tñ omnia nat⁹. Et processit in creatione omniū

deus ab vniuersali toto simplici & separato actu: ad actū p̄ticularē mixtū & cōiunctū. Et ecōtrario a potētiā particulari & cōiuncta: ad potētiā vniuersalē simplicē separatā & totā. Est enī vniuersalis actus/ angelicus intellectus: act⁹ vero minor/ act⁹ ērei cuiuslibet. Minorē quoq; potētiā eodē modo vniuersitūq; potētiā nūcupam⁹. Maiorē & vniuersalē potētiā: humanū i= intellectū separatū ab initio ab oī actu/ nulla illitū specie: & actu nichil. In p̄senti siquidē ser= mone: cū de oīm potētiā loquimur: nō materiā volum⁹ itelligi/ sed humānū intellectū. qui ad oīs intelligibiles species sese habet: vt & materia ad naturales formas. Sicut enī materia sensibiliū oīm naturaliū formarū est potētiā: ita & humān⁹ intellect⁹ & intellectualiū & sup= naturaliū specierū. & fieri possūt tā materia/ q̄ intellect⁹ singulī suo modo oīformes.

¶ Omnia sunt separata in intellectu; extra vero intellectū coniuncta.

Diximus deū nichil esse oīm: neq; actū/ neq; potētiā/ neq; substātiā: esse autē ipsū/ vniuer= sorū fōtē atq; initiu. Dixim⁹ itē oīm nichil esse p̄ter actu & potētiā: que sūt vt rerū oīm ex= trema & primarie particule. Sūt enī oīa ex actu & potētiā. Atqui i intellectu angelico(qui est ante oīa) est act⁹ sine potētiā. In humano vero(q̄ post oīa factus est) est potētiā sine actu. Porro inter vtrūq; post inquā angelū & ante ipsū hōiem in medijs creaturis: cōiuncta sunt actus & potētiā. Oēs enī medie creature: actu & potētiā participat. Oīa igī sunt separata i intellectu: cōiuncta extra intellectū. idest act⁹ & potētiā separata sunt i extremis: cōiuncta in medio. Sūt enī act⁹ & potētiā oīa: & p̄ter ea creatū est nichil. q̄ cū i extremis intellectibus/ angelico atq; humano separata sint: in medijs tantū creaturis reperiūtur cōiuncta.

¶ De vtriusq; intellect⁹ speculari natura: & illustratione a deo. Cap. III.

Verq; intellectus perpetua ac stabili circa deum sede locatus/ vt ver= rum ac naturale diuine lucis speculum; beneficos ei⁹ in se suscipit ras= dios/ diuinamq; gestat effigiem.

¶ Ut a bono nil nisi bonū exorit: ita et a deo/ nil p̄ter diuinū deoq; simile oriri potest. & ab eo quod est: nil etiā nisi quod essentie et substātie participat. Oē enī quod ab aliquo ortū est initio: dissimile illi p̄ oīa esse nequit. sed quādā ei⁹ referat naturā oportet. Diuina autē substāntia/ vt opifex & cōditrix oīm: veritas ē oīm et substātie initiu. Oīa vero sūt vt ptenuis eius similitudo et exigū vestigiū: q̄ i cōspectu illi⁹ versant semp. Etenī nūsq; abesse possūt illi⁹ qui posuit tenebras latibulū suū: quiq; ima & p̄funda abyssi scrutaſ: cuius oculis/ nuda sunt oīa & adapta. Et si cunctain cōspectu illius sūt: p̄cipue tamē illi rugiter astāt & corā eo versant semp/ angelic⁹ atq; humanus intellect⁹. ad hoc a deo fact⁹: vt cunctis p̄sint creatu= ris. sintq; ingētia diuini toti⁹ operis luminaria: & precipua diuine lucis specula. i quib⁹ ex= cepta diuina lux diuināq; in eis tūdicolata & expresa effigies: demū sup reliquū dei op⁹ fundi & expādi queat. Vnde fit vt & hac de causa/ vniuersū suū opus statuerit de⁹ i vtriusq; intellect⁹ medio. ne quid hoc pacto diuini sit luminis exors: aut diuina careat effigie: aut de⁹ cedit ab esse. Diuini enī toti⁹ operis (vt sepe dixim⁹) ytraq; ora et extrenutā est intellectus: est diuini splendoris emanatio diuināq; effigies et esse.

¶ Per materiale speculū: de vtrīq; intellectu philosophari licet.

Materiale speculū: est speculū & receptaculū visibilis hui⁹ lucis/ arte ex quauis materia factū. Sicut enī visibilis hui⁹ solis lux: signū est iteroris alterius intellectualis & inuisibilis lucis: ita & corpora spirituum/ lensibilia/ intelligibiliū: & materialia/ immaterialium sunt signa. Nata est autē mens nostra: p̄ sensibilia & ea q̄ nobis familiaria & cognita sūt: ad ea pe= nettare q̄ sūt nobis ī cognita/ sub ficticijs aut naturalib⁹ signis exp̄ssa. De igī vtrīq; intellect⁹ (qui inuisibilis & incorpore⁹ est) per materialia signa philosophari licebit: vt persolaris lucis specula. Est enī vtrīq; intellect⁹: diuine illi⁹ spiritali siuisibilisq; lucis naturale speculū.

¶ Sicut ars ex materia et corpore/ duo fingit solaris lucis specula/ vnu trā= sparēs alterū intrāsparēs: ita & deus oīm opifex rerū/ duo inuisibilis sue lu= cis specula i spiritu cōstituit/ angelicū et humanū intellectū: hunc intranspa= rentem illum perlucidum ac dyaphanum totum.

Ars (vt aiunt) imitatur naturam et ad nature similitudinem pleraq; operatur. fingitq; et exprimit rerum imagines: ex quibus ad verarum rerum naturam atq; substātiā licet allūgere. Est autem ars posterior natura: nobis tamen notior, ideoq; et vniuersum artis

Tudiculare. impinē
i sculpsit. Tudicula
instrum q̄ vasis signa
impunitur. qd alio ūbu
lo Tormi et vorat?

opus: signum quiddam est naturalis ac diuini totius operis illiusque cōgrua expressio & imago. Ars ex sensibili materia & corpore duo fingit visibilis huius lucis specula: unum transparentis alterum intransparens. Transparens dicitur quod in profundum & secundum se totum: lumen admittit ut aer/aqua/berillus/cristallus/vitrum & plereque gemme. Intransparens vero: quod una tantum superficie illustratur. ut que ex eadem ferme materia (ut vitro) ad suscipiendas presentandasque imagines fiunt. sed una ex parte luto/pice/plumbo aut alia quavis imperlucida obscurae substantia oblita: ab luce sunt impenetrabilia. Hec igitur duo specula sicut ab humana industria ad captandam visibilē solis huius lucem sunt facta: ita & utrumque intellectum constituit deus in spiritu ad hauriendum/continendum & perferendum solis inuisibilis acumen/diuināque exprimendam effigiem.

Angelicus intellectus persimilis est transparenti speculo; humanus intrā sparenti.

Speculum transparens: simplicius est & uniformius intransparente. totūque luci efficitur peruum: nec vlla in eo est partiū aut superficiū differentia: ut alia actus: alia potentie similis dici possit. Intransparentis autē speculi: alia quidē superficies: ut queluminoso obiecta est corpori: est ut actus: alia vero ex priuione luminis ut potentia. Angelicus igitur intellectus natura simplex & mixtus: similis est transparenti speculo. Humanus vero natura materiali permixtus: similis intransparenti. Et sicut ex eadem materia speculari: pspicua lucisue cavaci fit ab arte utrumque speculum: ut ex cristallo aut vitro: additione autem et permixtione dissimilis materiei ut plumbi aut picis fit alterum intransparentis: Ita et eterique intellectus angelicus atque humanus ex consimili spiritali & incorporea substantia diuine lucis capacia deo facti sunt. addita tamen est alteri ut humano intellectui dissimilis materies: ut corpus cui permixtus est: & qua ab angelico intellectu distare cōperitur.

Vnde fit ut sub angelo: sit aliqua creatura diuinæ lucis capax. sub hominē ne vero aut post hominem nulla.

Liquet hec illatio: ex utriusque speculi natura. **N**am lucis radius transparenti incidentis speculo: ad vleriora & inferiora penetrat. Incidentis autem speculo intransparenti: ad vleriora haudquam pertingit. ut cuius opacitate aut continetur figuræ immobilis: aut ad superiora reciprocari cogitur. Que igitur de visibili lumine in visibilibus speculis continentur: intellige & de intellectuali lumine in eterique intellectu. Angelicus quippe intellectus ut speculum transparens totus diuino perfusus lumine: id quoque ad inferiora ut ad humanum usque intellectum traducit. Humanus autē intellectus ut intransparentis speculum ob relique materie cui coniunctus est impedimentum: diuinum in se continet figuræ radiū: ne ad vleriora protendatur neve inferiori creature rationis experti pelluceat. Diuini igitur totius radij diuineque scientie ortus & apparitio: prima est in angelo. occasus vero eiusdem et ultima apparitio in hoīe: qui diuine scientie finis terminus & consummatio est.

Sicut speculum transparens est solius ferme luminis capax: intransparentis vero luminis & imaginis quā visibiliter oculo presentat: ita & angelicus intellectus est ut solius diuini luminis capax. Humanus vero diuino in lumine diuina quoque in se effictam gestat presentatque effigiem.

Lux est colorū et visibiliū omnium actus: sine qua neque colorū species neque suscepit i speculis rerum imagines oculo presentantur. lucisque presentia quecumque videri nata sunt: acti visibilia fiunt. cunctisque coloribus & visibilibus rebus: prior est simplicior & antiquior lux. Colores vero & cetera visibilia: sunt ut lucis subsidētie atque hypostases. Trasparsentia igitur specula: que simplicia & uniformia esse dicta sunt & ypostasi dissimilique materia carentia ipsam quidē lucem sine ypostasi idest sine specie & imagine receptant: suntque simplicia infigurata ac solius luminis specula. Intransparentia autem que ex transparentibus additione ypostasis dissimilisque materie fiunt: collecto imprimis contentoque in se luminis radii demū visibilis imaginē (ut ipsius luminis ypostasin) oculis presentant. Vnde fit ut transparentibus speculis insit actus luminis purus: sine admixtione potentie aut visibilis species aut imaginis. Intransparentibus vero inest luminis actus cum potentia: id est cum visibili species & rei imagine que in speculo mediante lumine visitur. Proportionabiliter igitur

tur & devtrocis intellectu dicendum est angelicum intellectum susceptaculum esse simplicis actus: id est diuiniluminis sine ypostasi & specie, humanum vero capacem esse vtriusque actus scilicet & potentie tam diuini lumen & diuine specie. Recepta enim est in humano intellectu diuina effigies: que mediante diuino lumine in eo visitur atque demonstratur. Diuinum autem lumen prius est hac ipsa effigie & est ut eius actus: ipsa vero effigies est ut diuiniluminis ypostasis & potentia.

Vnde fit iterum vt angelicus intellectus persimilis sit soli: humanus vero lune.

Nam sol similis est transparenti speculo: luna vero intransparenti. Inest quippe phœbeo orbi: simplex luminis actus sine ypostasi, lunari vero globo inest lumen cum potentia atque ypostasi. In sole lux solavissit: sine ullius rei specie, imagine aut maculosa facie. In luna lumen quidem inest: sed cum admixtione imaginis et speciei, que mortaliū oculis sele visibile prestat: & quam maculosam faciem vocant. Hec autem maculosa & pallidula facies circumstante se lumine visibilis: potentia est & ypostasis eiusce luminis seu diuina quedam caligo atque effigies lune indita & cunctis obiecta mortalibus. Similis ei specie atque imaginis que in transparentibus speculis ut quedam luminis potentia atque ypostasis, demonstratur. Est igitur haud immerito angelicus intellectus soli: humanus vero lunc persimilis. Inest eni angelico: diuina lux sincera & pura sine admixtione speciei. In humano vero diuina effigies, nebula & caligo: circumstata diuino lumine haud secus ac in luna maculosa facies demonstratur. Et sicut sol & luna duo sunt ingentia mundiluminaria: ita & angelus & homo due sunt precipue diuini totius operis creature. & angelus ut sol preest dici: id est regioni intelligibili. Homo vero ut luna preest nocti: id est sensibili mundo. Est enim intelligibilis mundus lucis regio & dies sensibilis vero nox est & tenebrarum regio.



Qangelicus intellectus sit interior & cōtemplatus: humanus vero ut exterior & actius. Cap. V.

Angelicus intellectus a tribus separatus est & abiunctus: a specie, a sensu & a materia. quibus humanus additus est & coiunctus.

Qspecie careat et sine specie intelligat angelicus intellectus: satis in superioribus ostendimus. ut pote qui erat actu omnia ante fierent omnia: & ante velle essent rerum species. Sunt enim omnia post angelicum intellectum facta. Ipse quoque rerum species natura posteriorum sunt rebus ipsis: quarum sunt species. Omnis item sensus est in corpore & materia. Angeli autem immateriales & incorporei sunt. Et materia angelis posterior est & post angelos creata. Abiuncti igitur sunt natura angelii: & a specie siue ab rei imagine & a sensu & a materia. Sunt enim simplices spiritus & puri intellectus & primordiales rerum omnium actus. Intellectus autem humanus: natura coiunctus est materiei & sensui. & haud aliter quam in materia & corpore subsistere: & sensuum adminiculo perfici & intellectuales rerum haurire species natus est. eius item scientia plenitudo & perfectio: est rei sensibilis intellectualis species & imago. Intellectus autem angelicus: natura abiunctus est et a specie & a sensu & a materia. Humanus vero natura quidem coiunctus est & sensui & materie: non autem speciei. Nullius quippe reges stat in se a natura effigiem: nisi fortassis diuine substantie sive principiis ut prius docuimus. Est enim intellectus humanus: creaturarum omnium speculatrix quedam facultas: natura nichil nisi omnium potentia. et que sigillatim suapte ipsius industria et arte consumatur: hauriens & captans rerum ipsorum species quoad euaserit actu omnia.

Vnde fit ut angelicus intellectus sit ut intellectus interior: humanus vero ut exterior.

Nam angelicus intellectus ab iis que extra se sunt ut a creaturis: nichil capit. Habet enim & est oia a natura. & mīme ab ipsis singulis sed cōtinēter & ex seipso dicit nouitque vniuersa. Manet quippe intra se immobilis: cum in uno & imperti ac minimo super omni a videat intueat & specet oia. Hoc enī pacto angelicus intellectus non modo oia speculari sed & esse vniuersa predicat: quo & indiuīdū pyramidis vertex oēs eorū quod ad basi sunt pūctores: valetate uniformiter abit & ad unitatem colligit. Humanus autem ut pficiat: fit extra se ipsum miscetque



sensibus. quoru per valvas et aditus: species a mudo ad se usq; deferuntur. Motu et discrus
su egit: ut qui haudquaq; a natura in punto in uno & individuo perficiatur: sed per ipsa oia
in corpore et sensibus peregrinus agatur. ut minus cuncta intueatur: fiatq; tandem ex ipso.
rum omnium specie omniformis.

CFit iterum ut angelicus intellectus sit solum contemplatiuus: humanus
vero initio practicus/tandem contemplatiuus.

CContemplatio est interna mentis motio et operatio: praxis vero exterior. Eadē enim sp̄t
ritalis vis idemque animo: vt sine dissimilis materie opeula libere & per se in se ipsum fer-
tur: vtue proprios agit gyros: meditari & cōtemplari dicitur. vt vero dissimili aliquo iuuatur:
cum famuletio & admīniculo aut sensu aut corporis vtitur: practicus quodā modo & ne-
gociosus dicēdus. Atq; angelicus intellectus nudus est intellectus: abiūctus et a sensibus &
a corpore. an ortū oīm seipso cōsumat & q iugiter seipso sine vlla intercurrete materie
vmbra sine corporeo nocte ligdo & clare iutet vniuersa. Humanus vero i corporis euectō
motitur: & famulante imprimis sensu: qcunq; extra se in mudo sunt: intra seipsum tandem
aduehit. & q ab initio sensibus obtect & extra seipsum speculatus est oninia: valet postremo
sine vlo sensuum opitulamine: per se & libere eadem omnia in seipso contueri. Est igit angelicus
intellectus solum cōtemplatiuus. vt cuius est simplex & vnicā operatio: que interna
meditatio & contemplatio vocatur. Humanus vero in initio similis est practico & actiō:
qdiu in exteris & mundanis negociat. In fine autem refertus & exuberans speciebus:
similis angelico/quietus/arcanus & cōtemplatiuus euadit. eiq; (vt diuus Dionysius ait) sup-
fluunt cum rebus sensibilibus sensus.

Diuus Dio-
nysius.

CAngelicus intellectus est diuina omnium precognitio & preconceptio: 4
quam secuta est omnium creatio & productio.

CDeus est ab eterno: & ab eterno omnia creare voluit: que tamen nō ab eterno sed aliquā
do produxit. certisq; procedens initis: angelicū intellectum statuit: totius sue creature ini-
tiū. Sunt enim angelici illi intellectus primi & purissimi dei partus: diuineq; omnium op-
ificis mētis precognitiones & preconceptioēs. & velut eorū immateriales archetypi & ex-
plaria prima: que denuo creanda & futura erant ex materia. Preuidit enim precognitio et
concepit in angelis deus vniuersa: que deinceps erat facturus. Extra materiam et ante ma-
teriam id in angelicis spiritibus prospexit: quod deinceps in materia/ sensibiliter adimple-
vit. Duplex tamen est diuina creandorum omnium precognitio & prescientia. vna in-
creata et eterna: qua dicimus deum ab eterno precognisse & presciuisse omnia: que con-
tingenter erant futura. quopacto etiam & angelos precognisse & presciuisse dicitur.
Hec vero precognitio & prescientia est ipse deus. Nā quicquid in deo est: deus est. Alia ve-
ro est precognitio dei creati: que est opus dei primū/ immateriale & intelligibile. quo produ-
cto & actu subsistente: dicimus vniuersas dei creaturas: et si nondū subsistant esse conce-
ptas. diuināq; mentem primā omniū creaturarū conceptionem & absolutissimā formā pe-
perisse: que est angelicus intellectus. Quādmodū nubens mulier: primo simplicius et sola
mēte cōcipit habiturā ex matrimonio filiū. Deinde secūdo in vtero/ a viro ipregnata: eūdē
filium cōcipit priusq; pariat. Prima autē mentalis & simplicissima mulieris defilio precogni-
tio: similis est prime illi diuine & increate omnium precognitioni. Secunda quoq; mulieris
prescientia & vterina filii conceptio: secundam omniū diuinam prescientiā rite emulatur.
Sicut enim prima filii in mulieris mente conceptio/ nichil ad filium ipsum attinet & necq; fi-
lii pars est: ita & prima illa & antiquissima creaturarum omnium/ in mēte diuina preconce-
ptio: pars non est creaturarum necq; creatura. Secunda vero que est angelorum creatio: ad
creatulas spectat. Est enim angelus creatura: & simplicissim⁹ omnium creaturarum actus.
Et sicut mulier postq; concepit in vtero filium/ paulo post parit eundem & nascitur filius/ in-
tegre totusq; subsistens & vībilis apparet: ita & deus postq; in angelo concepit oēs crea-
turas/ eas deinde vībiliter peperit/ creauit in sua substantia & materia compleuit.

Dnplex
omniū pico-
gnitio.

Analogia.
*propositio
ad patrem.*

CVnde manifestum est/ cur angelus sit natura inuisibilis: & celi interstitio a
vībilibus creaturis abiunctus.

CEx precedente liquet angelum vniuerse nature esse conceptū: & vt filium in matris vtero
& conceptionis sue loco. Filius autē in conceptionis sue loco & matris vtero: inuisibilis est.
nec antea videri potest q; nascatur: q; e minoris mudi tenebris promatur in majoris mundi
lucem. Et hoc sensibile signū est angelicam substantiam natura esse inuisibilem. Rursum sicut

in minore mundo/ homine fieri videntur: ita & in maiore mundo & vniuerso proportiona-
biliter fieri intelligendum est. In minore autem mundo ut in muliere: conceptionis & natiui-
tatis filii thalami: interiecto distare vtero cōperiuntur. In maiore igitur mundo pari quoq;
modo inter vniuersae nature totiusq; mundi conceptus & partus: interluit maioris mūdi
uterus/ idest celū. Sunt enim angeli vniuersae nature cōceptus & simplices spiritus natura
inuisibilis: interstite celo a visibilibus creaturis abiūcti. visibiles autem creature/ partē sunt
majoris mundi: & velut nascentes angeli extra majoris mundi uterū (idest celū) prodeūtes
corpo vestiti/ visibiles/ & qui ex spiritu & materia conflantur.

6 **C**sicut prima mentis humanae operatio est accidentalis cōceptio: ita & pri-
ma diuinae mentis operatio est substantialis conceptio/ que est substantialiū
conceptionum (idest angelorum) productio.

Cars ad similitudinem nature: humana vero mens/ ad imaginem diuinae mētis operatur.
E diuina autem mentis & ipsius nature scatentis profiliunt substantiae/ ipseq; rerū veritates.
humana vero mens & ars: in accidentibus & rerum similitudinibus negociantur. Ideo & hu-
mane mentis conceptus: accidentia sunt eidem menti inexistentia. diuina autem mētis cō-
ceptus (quos angelos vocamus) vere sunt substantie: per se extra diuinā mentē subsistentes.
& que ab eadem omnī opifice mente: ante omnia repente emergerunt. Sicut enim nichil
prius/ purius & simplicius potest ab humana mente proficeri/ q̄ interna ipsius cōceptio: que
ab eadem humana mente distincta atq; diuersa est: & illi inclexilens: ita & id sincerum/ in-
feculentum/ simplex/ imitabile/ & primū: quod repente e diuina mēte ante omnia in esse
profiliit: angelum vocamus/ humanae mentis conceptui respondentem/ ac similē. Sicut enim
humanae mentis conceptus natura inuisibilis/ sese oculis abscondere: ita et eminentissimi angelii/
natura omnē oculorum subterfugiunt contuitum. Et sicut illi humanae semper insunt mēti:
ita et huiusmodi astare deo/ in celo probantur.

7 **C**vnde iterum manifestum est humanae mēti nullā a natura inesse speciem:
sed eā ad diuinae mētis similitudinē/ vniuersarū suarū notionū esse opificem.

Csicut enim diuina illa substantialis mens: cunctarum opifex est substantialiū notionum &
conceptionum vniuersae nature/ quos angelos nūcupamus: ita & humana mens/ opifex est
vniuersarū que ipsi insunt notionū. & antea subsistit: q̄ sit vlla ipsius notio & conceptio. Et
profecto dicere humanae mentis notitiam esse aliquā a natura specie illi congenitam/ & coeuā:
est dicere aliquā angelorū esse ab eterno deo congenitum & coeuū. Et sicut humana mens
non esset illius opifex notionis: que illi diceretur coeuā/ que uia natura eidē probaretur in-
sita: ita & mens diuina illius substantialis conceptionis (idest angelii) nō esset opifex: que illi
statueretur coetera. Sicut igitur diuina mēs/ omnes majoris mūdi conceptus (idest ange-
los) duratione trascendit/ & eorum est efficiens causa: ita & humana mens/ omnes minoris
mundi (idest hominis) notiones/ duratione precedit: & carū est efficiēs causa. Interest autē:
q̄ diuina mēs increata/ ingenita/ & eterna: infinito & incōprehensibili a nobis euō/ ange-
los precedit. humanae vero mens/ definito temporis spacio: suas notiones exuperat.

CQ̄ diuina mēs: oīa in angelico cōcepit intellectu/ scripti in humano. Cap. Vi.
SIicut vniuersa sunt a diuina mente in angelico intellectu cōcepta: ita
& in humano scripta & figurata.

CAngeli (vt superius ostēdim⁹) sunt simplicissimi oīm cōceptus. quib⁹ productis/
diuina mēs oīa cōcepisse/ omniū rēs/ rerū statuisse initia distitutur. Sicut igitur scri-
ptura extime distat a conceptu: velut rerū ultimū & finis (Est enim scriptura supremus littera-
rarius character/ vltimaue doctrinalis notula) ita & hūanus intellectus/ extrem⁹ est ab ange-
lico: & est/ vt rerū vltimū & creaturarū oīm finis. Et q̄cūq; cōcepta sūt in angelico intellectu: finita
sunt/ cōsumata & pfecta in humano. Et sicut primū discipline signū/ qđ ab humana mēte sca-
turit est cōceptus/ vltimū vero scriptura: ita & primū qđ a diuina emersit p̄dīstue mente:
est angelicus intellectus/ vltimū vero quod illa ipsa peperit: hūanus intellectus. & primū ens
quod esse cepit/ est angelus/ vltimū homo. Et vt in angelo diuina mens cōcepisse omnia dicitur. **Nota**

b

2 **C**Non sicut angelici intellectus essentia/ conceptus omnium dicitur/ diuina
semper astans mēti: ita & humani intellectus essentia/ dicenda omnium scri-

ptura: sed quia in eo describi & figurari omnia possunt.

CTametsi omnia in angelico intellectu cōcepta & in humano scripta dicātur: diuersis tamen hec modis contingūt. Non enim in angelico dicūtur oia cōcepta/ quia i angelico sint rerū omniū conceptus: sed quia ipse sit vniuersorū prima & simplissima conceptio/ diuīne semper astas & prelētissima mēti. In humano vero/ dicūtur oia scripta: haud quia hoc pacto secundum suum esse/ ipse sit omnium scripture: sed quia tabula est oīm: preparata/ & complanata a natura: vt in ea pingantur scribant & figurentur oia. vtue cūctarū rerum species cōmodi susceptet gestetq; vniuersorū effigie. Et angelic⁹ intellect⁹ hoc ipso qđ ē cū sit simplex ē oīm cōceptio. hūan⁹ vero nō hoc ipso qđ est: sed qđ potest: oīm est scriptura & figura.

VNde manifestum est angelicum intellectum esse impassibilem: humanū vero passibilem/speciemq; susceptiuum.

Satis i superiorib⁹ ostēdimus angelicū intellectū esse impassibile. vt qui nullā int̄ admittit peregrinā speciē: qui nulla insculpī potest exteriore tūdīcula ac forma. Est enī vt transparens speculū: in quo vīsūtūr sola lux: species vero aut imago nulla. Oīs quippe actus: est lūa pte natura impassibilis. Angelic⁹ autē intellect⁹ est actus. Humanus vero intellectus sēsim rerum/ vt diximus colligit species: illis ipsiis afficitur easq; suscipit et intus admittit. & est vt intrāsparens speculū: in quo cū lumine & in circūstātis luminis meditullio/ vīsūtūr imago. perinde atq; in lunari globo circūstante lumine: maculosus quispiam exprimitur vultus.

Omnis intellectus/ vt huiusmodi: apathes id est impassibilis est.

Nam oīs intellectus/ vt intellectus est: est actus. et est ea vis simplex: q; oīm intuitua/ pspēctua & iudicativa nūcupat. Oīnis autē actus/ est impassibilis. nullus igitur intellectus/ vt intellectus: est passiuus. Hūan⁹ enī intellectus passibilis quidē est/ non tamē secundū se: sed propter meōriā. in qua recipiūtūr rerū imagines & intellectuales species. quas intellect⁹ cū a mūdo & sensibili⁹ substātis captarit: iterno memorie prōptuario/ ad futuras cōtemplosūnum & considerationūv erissimas intra se cōuerstiones & circulares lationes/ cōmēdate sollet. Proprietas autē & ratio intellect⁹ est iudiciū & intuitio specierū/ siue in exteriore obiecto/ velut in principio: siue in interiore meōria vt in fine. Quod vero iudicat & intuetur species/ vt huiusmodi est) eam non suscipit/ neq; illius est subiectum. sed in alio quopiā eā dījudicat et iūtetur. Ipsa etenī imago/ cū i vno vt subiecto resideat & collocetur: ab eo deniq; quodeidem subiecto circūfusū est/ vt ab eius actu & intuitua facultate dījudicatur. vt imago/ est equidē ipsa in speculo: sed non videtur a speculo. videtur autē & conspicit ab oculo: et nō est in oculo. Ocul⁹ igitur est vt intellectus. Speculū vt meōria: imago vero in speculo/ vt intellectualis species i meōria. Intellige itaq; ex oculo & speculo fieri aliquid vnu: id totū simile erit hūano intellectui. cuius actus/ qui est vere intellectus & vt oculus: erit impassibilis eius vero potentia que est memoria et vt speculum/ passibilis erit.

VNde fit vt vtriusq; intellectus tā angelici/ q; humani: sit necessaria discrecio/ in intellectum/ atq; memoriam.

Vtrīq; intellectui pprīū est intelligere & aliquid intueri: siue idem/ siue diuersū/ siue p se siue p speciē. Id igit totum quod intelligit/ sine sue substātie diuisione: necessario in seipsum reflectitur/ euaditq; in se numerosū. Nempe in eo pars partē dījudicati/ & pars parti est obiecta. diciturq; alia intelligens/ alia intellecta. et est aliquid ipsius/ quod dicitur totius intellecti actus/ et vis intuitua: aliud vero eiusdē intellecti potētia/ que ab altera spectatur. Et harū duarū vna est vt intellectus: alia vt meōria. Et hec in intellectu humano/ clarū perpēduntur. Intellectus enī hūan⁹ est vna aliqua tota substātia/ spiritalis/ iūsibilis/ indiuidua/ incorruptibilis. qui cū per species intelligat: id solū ipsius quod prehensat/ iudicat et intuetur ipsas notiones ac species: actus et intellectus dicitur. id vero ipsius/ quod eas receperat et suscepit: eius potentia et memoria est. Et hec duo/ actus et potentia intellectus & memoria: veraciter req; ipsa/ sine totius humani animi diuisione abiūicem discreta et inseparabilia numerantur. Similiter et in angelico intellectu dicendum. licet enim ab angelico intellectu tollantur rerum species et imagines/ dicaturq; per seipsum intelligere vnuersa: vis tamen ipsius intuitua et perspectiva/ actus est et vt intellectus. que vero perspectiō et intuitione seipsum subdit: potētia et memoria similis dicitur. Et hec quoq; i angelico/ sine angelice substantie diuisione et dissectione: eodem modo quo et in humano/ re ipsa distingūit et separati abiūicē nequeunt. atq; id ipsū implent/ quod vocam⁹ angelicū intellectū.

Et si in angelico intellectu ut & in humano reperiuntur actus & potentia: licet tamen eundem purum vocitare actum.

In angelo reperiuntur actus et potentia: id est intellectus & memoria. Angelus tamen simplex est essentia: & purus actus: propter tria. scilicet propter parentiam materie. quia abiunctus est & separatus a materia & est ut absoluta forma. propter parentiam specierum: quia per se ipsum et non per species oia intelligit. tertio quia ab initio ante tempora perfectus est: et actu omnia. Humanus autem intellectus: et coniunctus est materiei & per species intelligit. & ab initio est ut omnium priuatio & potentia: in fine tamen euadit (ut diximus) omniformis.

Deus anteque fierent omnia: ea concepit in angelico intellectu. deinde omnia protulit & fecit. postremo ea in humano intellectu descripsit.

Diximus tria esse facta: unum ante esse/ unum in esse/ et unum post esse. que sunt intellectus angelicus/ sensibiles creature/ & humanus intellectus. Sensibiles creature primita a deo concepere sunt in angelis: deinde iuxta proprias essentias producere/ & obortesunt. Ultimo vero in humano intellectu (qui ultimum omnium esse cepit) figurare & descripte. Et sicut tria sunt quae ab humana mente/ in minore mundo ortu habent conceptus/ vox/ scriptura: ita & a diuina mente/ tria in maiore mundo prodiere: conceptus omnium/ vox & substantia omnium/ scriptura & figura omnium. Vniuersorum primi & purissimi conceptus sunt angeli. omnium voces sunt ipsemet rerum substantie que a deo post angelos manarunt. omnium denique scripture/ humanus intellectus. in quo postquam oia substiterunt/ omnia deus pingi/ atque describi voluit.

Vnde fit ut rerum substantie tametsi in seipsis corruptionis resolutione tangescant & effluant ab esse: in utroque tamē intellectu fixe sunt & permanentes.

Inter conceptum & scripturam media est vox: suapte natura fluxa et ad momentum euanda personilis rerum substantiarum que in utriusque intellectus medio create sunt. Angelicus enim intellectus/ similis est conceptui: humanus scripture. Superest ut reliqua substantiae: voci respondeant. Sicut igitur et tribus litteralibus signis conceptu/ voce/ scriptura: soli conceptus fixi sunt et stabiles in mente/ scripture vero quoquo etiam pacto in exteris subiectis ut scholae et chartis fixe & permanentes/ at voces continuo disparent & labuntur: ita et sensibiles creature in seipsis fluxe et euandise/ haud aliter quam in utroque intellectu perseverant/ perdurantque in euum.

Conclusio de dupli actione humani intellectus.

Humanus intellectus duplex est actio: una exterior/ alia interior.
Angelici intellectus (ut sepe ostendimus) simplex est & interior operatio: quia ex semper & sola intuitione sui/ sine via aut specie aut imagine apprehendit oia. Ideo enim contemplatus dicitur: & eius actio contemplatio. ut qui ab exteris nichil distat/ aut suscipit: sed ab initio perfectus est/ et actu oia. Humanus autem intellectus quia ab initio potencia est oim/ et in fine actu oia: alia in principio/ aliam in fine exercet operationem. In principio siquidem circa mundum operationem habet imperfectam: qua extra seipsum factus/ sive in seipsum/ sive in aliis/ sive in aliis in seipsum factus/ sive in aliis in seipsum factus: natura oim ab ipsis singulis discit/ eorumque species susceptat. In fine vero perfecta operatione potitur: quando conceptis intra se et repositis in memoria rerum omnium speciebus: nullo deinceps exteriori eget obiecto/ nullusque sensuum inveniatur administriculo. sed iamiam perfectus & angelico similis intellectui: ad internam solam sui memoriam convertit/ et asservata in ea rerum omnium intellectualia spectra speculatur: que operatio humana contemplatio vocatur: humani intellectus ad seipsum reuocatio/ status in seipso/ finis et quies.

Exteriori sui operatione discit humanus intellectus & omnia sit: in exteriori vero perfectus/ & immobilis: omnia in seipso contemplatur.

Hec ex superiori satis est manifesta. Nam humanus intellectus potencia est oim. & ad hoc natus/ factus est: ut aliquando fiat oia/ & oim speciesque ipsa/ quae est oim priuatio. Ab initio igitur eiusdem sive in exteriori mundo (in quo a natura reposita sunt oia) convertit: & mediante sensu ipsa oia fit. oia vero factus: et exteriori mundo & sensu officia & organa linquens: simplex & absolutus in seipsum remeat: & oim contemplatio in seipso potitus: in seipso manet immobilis.

Vnde fit ut intellectus sit contemplatio: & actus intellectus sit prior actu memoriae.

Distant intellectus & contemplatio: ut imperfectum & perfectum. Omnis enim contemplatio/ intellectus est & intellectualis operatio. Non omnis autem intellectus est contemplatio. Nam primarie mundane/ & imperfecte humani intellectus operationes: quibus haud sine sensu opti-

Schola & charta
In schola dimittit.

spectra tri-

Iamine per om̄ species oīa fit: intellectiones non cōtēplationes dicūtur. Secūde autē & interne iplius operationes quib⁹ oīa illi per memorā presētia sūt: & cōtēplationes & intellectiones vocātur. Kursum intellectui hūano propriū est intellectualib⁹ affici & imbui speciebus. Memorie autē illas alſeruare & cōtinere propriū. Et actus intellectus est intellectualiū specierū acquisitio. Actus vero memorie earū continētia & reſeruatio. Precedit igitur actus humani intellectus actum memorie.

Nota

CFit iterū vt mundus necellario sit prior humano intellectu: & is sit praticus in mundo/contemplatiuſ in ſe. 4

hūan⁹
m̄p̄t⁹
practicus
cōtēplatiuſ

CObiectū omne tēpore prius eſt: cognitua ſuipoteſtate. Eſt enim obiectū actus & in actu ſubſiſtens: quod poteſt fieri & futura eſt. Mūdus autē qui locus eſt oīm: eſt humani intellectus naturale obiectū. & vniuersa que ſunt in mundo humano intellectui per ſenſus natura innoſcūt: preſentātūr obiiciūtū: vt ab eis edificat & fiat oīa. Prior igitur mundus creari & fieri debuit: q̄ hūanus intellectus. Et quādiu imperfect⁹ adhuc & vacuus hūanus intellectus per ſenſum circa mūdū negociat: pratic⁹ & acquiſitiuſ dicit. poſtq̄ vero perfeſt⁹ & plen⁹ ſpecies acquirere deſit. & ad ſeipſū ſolū cōuerſit: cōtēplatiuſ merito dicēdus.

CIdem eſt numero req̄ ipsa vnuſ humanus intellectus praticus & cōtemplatiuſ: ſolo diſtans offiſio & obiecto. 5

Illatio.

CInter humanū intellectū practicū & contemplatiuum: nulla numeri aut rei diſeritudo reperitur. Sunt enim nūero & re ipsa vnuſ atq; idem intellectus ſolo diſtans respectu offiſio & obiecto. Nā hūanus intellectus vt coiūctus ſenſu fertur: reſpicitq; mūdū: vt adhuc ſpeſiebus diteſcit: praticus vocetur. vt vero idem ipſe a ſpecierū diſquifitione reſedit: vt reliq; ſenſibus & mūdo ad internā ſuī memorā deflexus: queſitarū a mūdo ſpecierū ſpeculatione focillatur: paſcitur: enutriſ: tū primū: ſpeculatiuſ & cōtēplatiuſ dicit. Obiectū enim practici intellectus eſt mūd⁹. Speculatiuſ obiectū memoria. Vnde fit vt plū abiucem diſtēt ambe animi ptes/ intellect⁹ & meōria: q̄ intellectus praticus & contemplatiuſ. Nam intellectus practic⁹ & cōtēplatiuſ ſunt vnuſ atq; idē intellectus ſubſtātia: re & nūero: ſola ratione: respectu & offiſio diducti diuerſiſq;. Intellect⁹ autē & meōria ſue intellectus agēs & intellectus poſſibilis ſunt vnuſ & idē intellectus hūanus idē ſolū ſubſtātia: re vero & ratione abinuicē diſtincti atq; diuerſi. Intellect⁹ rurſū practic⁹ & cōtēplatiuſ ſunt eadē animi pars: quā aī actū vi ſpeculatiſ & intellectū nūcupam⁹. Aſt intellect⁹ & meōria gemie quedā ſunt et extreme eiusdē animi ptes: q̄rū hec animi potētia illa vero eiusdē act⁹ vocitat.

CHumani intellectus memoria eſt alter mundus qui microcosmus dicitur majoris mundi ſpeculum: verum contemplatiui intellectus obiectum. 6

CHec ppoſitio intelligēda eſt de meōria pfecta ab intellectu (vt aiunt impgnata: & oīm rerū ſpecieb⁹ & imaginib⁹ ornata atq; fecūdata. Nā pratic⁹ intellectus oīm q̄ in maiore ſūt mūdo ſubſtātiarū & rerū: deſumptas ſpecies meōria cōmendat. in cui⁹ prōptuariō ad futurū cōtēplationū offiſia & pfectas ſuī operatiōes: reponi et alſeruari iubet. Reſpositis igit̄ hoc pacto ab intellectu pratico i meōria rerū oīm ſpēb⁹ & imaginib⁹: nichil nō e meōria nul lius eſt exors ratiōis & ſpeciei. Equalis enī eſt & ſimilis maiori mūdo. vtpote i quo nulla eſt ſubſtātia: cuius nō ſpecies & imago ſit in meōria. Et ſicut maior & exterior mūdus armariū eſt & reſitoriū ſubſtātiarū oīm: ita & huiusmodi meōria (q̄ & minor mūd⁹) prōptuariū & reſitoriū eſtoīm imaginū & intellectualiū ſpecierū & verū ipſū intellect⁹ obiectū. Sicut enim maior mūd⁹ oīa eſt: quia in eo ſunt oīm rerū vere et naturales ſubſtātiae: ita & minor mūdus ſue meōria eſt oīa: q̄a in ea rerū oīm vere & intellectuali ſaluantur imagines.

CAli⁹ eſt act⁹ intellect⁹ ali⁹ meōria: ali⁹ vtriusq; cōmunis q̄ cōtēplatio dicit 7

CAliquo pacto actus intellect⁹ ē trin⁹. Nā intellect⁹ intellectuales acquirit ſpecies: eſas reponit i meōria & ſpeculaſ i meōria. Meōria vero primū ab intellectu ſpē capescit: eſas cōſeruat: & intellectui tādē ſpeculatiuo pñtat. Proprij igit̄ ſūt intellect⁹ act⁹ hi: ſpē: acqſitio: earū i meōria deſoritio: & i eadē ſpeculatio. Proprij vero meōria: earū reſeptio: cōſeruatio: & intellectui reſeratio. Cōmunis aut̄ act⁹ vtriusq; eſt cōtēplatio. Nā cōtēplatio: ſi pliciter diſſintri neq; neq; per ſolū intellectum neq; per ſolā memoriam. ſed velut actus medi⁹ & ab vtrōq; proceſt̄: vtrumq; in ſua diſintriō & ratione cōplectit. fieri enim cōtēplatio dicit: quādiu reſeruatas in memoria ſpecies ſpeculatur intellectus: repreſentante: atq; offerente cas illi memoria. Contemplatio igit̄ velut preſtantissima: & vltima vtriusq; animi partium operatio: per

tertium vtriusq; actū/ speculationem scilicet & representationem diffinitur. Nā hi duo vltimi vtriusq; actus: se mutuo cōsistantur & adiuicē conuertuntur. Qui enim fiet/ vt intellectus quippiam intus speculetur: non offerente illi species memoria. Et quo pacto si species afferuatas offert memoria: nō illas intellectus spectabit? Intellectus quippe & memoria nulq; sibi inuicē absunt. Duo autem primi actus intellect⁹/ et duo primi actus memorie: sunt actus intellectus practici/ & practice memorie. Vltimus vero actus vtriusq;: actus est vtriusq; contē platiui. Et intellectus in duobus primis actibus/ vt in acquisitione specierum & depositione earūdem in memoria: operatur per se sine memoria. Similiter & memoria in duob⁹ primis actib⁹ receptione scilicet & conseruatione specierum: per se sine intellectu operatur. Vltim⁹ autem vtriusq; actus/ illi in qua speculatio/ huius vero representatio: neutri per se sine altero aut alteri officio adest.

8 **H**umanus intellectus/ quicquid intellexit: iterum intelligit.

Humanus intellectus quicquid intellexit vt practicus: iterum vt cōtemplatus intelligit, & quicquid coniunctus sensu preuidit in maiore mundo: rursu sine sensu adiuiculō speculatur in minore mundo/ id est in interna sui memoria. Vedit autem prius in maiore mūdo omnia: quando vt practic⁹ & negotiosus vniuersorum species a mūndo desumpsit. videt & posteriori eadem omnia in se ipso: id est in interiore sui memoria. Quicquid igitur prius intellexit humanus intellectus: iterum intelligit.

9 **V**nde fit ut meōria / sit sc̄da itelligētia: siue intelligētiae resūptio/ & iteratio.

Simplex & prima alicuius intellectualis species deprehēsio: proprie ad intellectum referenda est: dicendaq; verus & proprius eius act⁹ siue intellectio. Secunda autem eius deprehēsio/ ad memoriā aspectat. vt que ab ipsius speciei in memoria exedris permanentia proficitur. Omnis enim intellectualis species cum primū deprehēsa est ab intellectu: sublaborabatur/ transiit ad memoriam/ vt ad promptuarum & receptaculum specierū. que si iterū prefētabitur intellectui: ab sola memoria illi offeretur. omnium igitur intellectualiū specierum/ siue itellectionū/ aut itelligētarū resūptio et iteratio: aut est memoria/ aut a memoria.

10 **F**it rursum vt haud absq; ratione/ dixerit Plato: scientiam esse memorie Platonis opinio.

Scens dicitur non qui discit: sed qui perfectus est/ notionib⁹ plenus & contemplari potens. cuius memoria ab intellectu impregnata: omnium que in maiore sunt mundo substantiarum rationes/ habitus/ species/ & imagines retentat: vt eas in cōtemplatione officio presentet intellectui. Est enim scientia huiusmodi imaginū in anima/ siue in memoria plenitudo: & minoris mundi cum maiore equatio. quādoquidem sicut maior mundus est omnis substantia/ & omnium substantiarum locus/ actu continens omnem substantiā: ita & minor mundus homo/ est omnis imago/ omnis intellectualis speciei locus/ omnem continere species natus. Si igitur scientia est habit⁹ memorie/ & perfectio & plenitudo memorie: & scientie actus est cōsideratio & cōtemplatio: ipsa vero cōtemplatio est memorie resūptio: tantum distabit a memorie resūptione scientia/ quantum a cōtemplatione. Atqui cōtemplatio aut scientia est/ aut scientie actus. igitur et memorie resūptio: aut est scientia/ aut scientie actus. Est enī meōrie resūptio cōtemplatio: & eorū que sunt in meōria/ intellectui representatio. Quippe tunc resumere meōriā dicitur intellectus: quādo ad se reuocat et ea actu speculat/ q; sunt in meōria. Et hec meōrie resūptio siue cōtemplatio: pfecta sciētia ē/ et actu sciētia.

De ortu intellectualium specierum a mūndo: transiit earum per humanū intellectum/ et statu in memoria.

Cap. viij.

Mnis sensibilis substantia: vere est & subsistit in mūndo extra intellectum: humano tamen intellectui a natura presentata.

Sensibiles substantiae sublunares sunt & subcelestes: sicut intellectuales suplunares & supcelestes. vtraspq; ei substantias intellectuales & sensibiles/ visibles et iuisibiles: interiora dirimunt celi moles. Ois igitur sensibilis substantia/ q; intra celi abiitū visib; et celo cōtinet: habet esse et subsistere extra intellectū/ i eo quē vocam⁹ mūndū et vniuerſū. q; ois i eo versetur substantia: obiecta et p̄sentata a natura humano intellectui/ vt fiat alter mundus; maiorit naturalique mundo similis/ equalis/ coniunctus/ atq; unus.

2 **M**undus ab initio auctu est omnia: que fieri natus est homo.

Omnia hic dicim⁹ creata: preter vtrūq; intellectū: angelicū et humānū. siue preter angelū b iij

Liber

& hominē: que dīta sunt oīm esse extrema. Et hoc pacto mundus est ab initio actu omnia: id est / oī sub tātia & oīm continens substātiā. Homo autē / vt sepe diximus / causa sui intel lect⁹: per sensū oīa fieri potest. et est ab initio oīs potentia: que p oīm species / tandem oīa fit.

Homo omnia fit: preter substātiā & materiam.

Mundus omnia est secūdū substātiā & materiam: vt qui est totius materie et substātiārum omnium / cōtinentia et locus. homo autē neq; omnia fieri / neq; omnia esse potest eo modo quo mundus: per veras scilicet rerū substātiās. sed dūntaxat citra materiā per rerū species / ratiōes et imagines. Nam si in materiali et visibili speculo / recipi nequit rei visibilis veritas et substātia / sed sola ipsius immaterialis imago et species: quāto magis i immateriali speculo (vt in humano intellectu) nulla recipi poterit substātia aut materies / sed sola immaterialis et intellectualis vniuersitatis rei species.

Intellectuales species / per quas homo omnia fit: ortum habent in mūdo / transitū per humanum intellectum / finem & statum in memoria.

Sicut rei visibilis imago / ortū habet a re visibili: transitū per acrem / finem & statum in speculo / in quo liquido visibilis demonstratur: ita & rerum que sunt in mūdo intellectualis species / ortum habent in mundo a rebus ipsis: transitū per humanum intellectum / finē & statum in memoria. Nā cum intellectus sit ipassibilis: impossibile est huiusmodi species demorari in intellectu. sed confestī pergunt ad memoriam: que cū sit intima & penitissima animi pars / et velut quedā basis intellectualis apicis: nūq; ultra mēoriā intellectualiū specierū sese motus extēdit. sed in ea ppetuo ad futuras cōtēplationes demorātur / stabiliunt / asserūtur.

Vnde fit vt hūane intellectiōis iitiū sit mūdū intellect⁹ mediū: finis sit mēoria

Cuiusvis motus tres sunt termini: a quo / per quē ad quem. Mūdus terminus est a quo oriuntur species: intellect⁹ terminus / per quem feruntur: memoria terminus ad quem feruntur & in quo recipiuntur. Est enim ipsa totius intellectiōis finis. Et ante mundum in humana eruditione & humani intellectus consumatione nichil est: & post memoriam nichil. distatq; maxime ab inicē mūdus & memoria: vt extrema initiū & finis. Sicut & in ipsa rerū speculatiōne / aī re visibilē nichil est & post speculū nichil. Hec enī sūt inspectionis extrema. In triusq; autē medio / est aer aut aqua: per q; a re visibili / ad speculū trāst deservitq; spēs.

Rerum species vt in mūdo ab ipsis rebus oriuntur: nondū intellectuales 6
sunt sed sensibiles / & in sensibus primum recipiuntur.

Quicquid est in mūdo: est sensibilis substātia. Qualis autē fuerit oīs substātia: talis est & eius species & naturalis imago. A sensibilibus igitur substātijs que in mundo sunt: haud alie q; sensibiles vibrātur / procedūt / oriūturque species: que primū in sensibus recipiūtur. & ex quibus hūanus intellectus / sub ipsis sensib⁹ delitens. intellectuales species aut defecationē quadā ipsarū / australi coniectura elicit / abstrahit / profert.

Sicut sensibiles substātias natura varijs accidentibus operuit: ita & plurib⁹ sensibus / humanū intellectū. 7

Rationabile est / vt qle est obiectū: tale sit & subiectū siue cognitrix eius potestas & specifatrix facultas. Sensibilis autē subā: est subā pura / mixta accidētib⁹: quorū allūuiōe sensibilis fit. Substātia enī pura / p se / siue accidētibus: insensibilis & soli intellectui pūia est. quēadmodum & accidētia / sunt ipsa vere sensibilia: sunt et ppriā sensuū obiecta. Sicut igitur sensibilis substātia est substātia accidētibus coiūcta / & accidētib⁹ obiecta: ita & hūan⁹ intellect⁹ cui ipsa sensibilis substātia obiecta est / intellect⁹ est haud purus / ppatus aut nud⁹: sed sensibus addic̄tus / sub sensuū organis arcan⁹ / corporea mole obiect⁹. Referendū igit̄ est id mūdi / qd in aperto est / ad id hoīs qd ē in aperto: id est accidentia mūdi / ad sensuū hoīs. & id mundi qd occultū / velatūq; est accidētib⁹: ad id hoīs qd sensibus est adoptū: id est substātia ad intellectū. Hoc enī pacto tot⁹ homo: tot⁹ erit arbiter / iudex & speculator mūdi: & p hoīs / p̄is mundi. Sensus arbiter erit accidētū: intellect⁹ vero substātiārū. Extrema hoīs / extrema mūdi intuebuntur: illius quoq; iteriora / huius intima & arcanā rāmabūt. Ad hūc enī modū / toti spectaculi potētie: totum obiectum offeretur / nudabitur / patescat.

A mūndo ad sensum hominis rei species est sensibilis: ab intellectu vero 8
ad memoriam intellectualis.

Basis / fundamen / Pūntum
Apex / summa

Hec quattuor in his consumatione se ad hunc modum sequuntur. Modus sensus intellectus memoria. Rerum autem species oriuntur a mundo: sensus & intellectus visus ad memoriam: in quo statu suis modis finitae habent. Mutat autem ipsa species suam originem primam: naturam exuit: cum ex maiore mundo minor mundo subit. In utroque enim mundo eiusdem naturae esse nequit. In maiore quippe mundo: ipsa species sensibilis sortita est natura: in minore autem mundo: fertur ad usque hominis sensum: natura seruat sensibiliter. toto vero intercallo: quo lares subiecti animi ab intellectu fertur ad memoriam & fiat manetque in memoria: intelligibilis vocatur.

Vnde fit ut cum alterius nature sit species in sensu & alterius in intellectu: sit aliquod medium coepterum utrumque species ipsa mutet naturam: fiatque ex sensibili intellectualis.

Species & imago naturalis rei in sensu: sensibili naturae est ascribita. In intellectu vero naturae intellectuali poscit acribi. Hec autem mutatione cum non fiat in sensu: neque in intellectu: in medio aliquo fiat oportet. quod quodammodo utrumque sit commune: secretus & abditus sensu: intellectu vero extimus & manifestus. Hoc autem medium (ut et Remundus Lullius sentit) est sensus interior: qui communis sensus dicitur sive imaginatio & phantasia. Ait enim in ipsa imaginatione: sensibiles huiusmodi species defecari & evadere puriores. indeque transire minus ad intellectum: nudata omni materia & prisa accidentium eluvie spoliatas.

Remundus.
Lullius.

Fit iterum ut ipsius sensibilis substantiae species & naturalis imago non sit simplex: sed ex utraque natura: sensibili et intellectuali.

Nam qualis est sensibilis substantia: talis est & eius species. Sensibilis autem substantia habet aliquid ex utraque natura: ex in qua sensibili & intellectuali. Quarta enim illi vis inest accidentium: tantum naturae sensibilis imitatur. Quarta vero substantia sortita est: tantum illi inesse de intellectuali natura assueramus. Ipsa igitur sensibilis substantiae species habet pari pacto & aliquid ex utraque natura: quo utrumque representet exprimatur naturam. De natura intellectuali habet in representatione substantiae: de sensibili vero in expressione accidentium. Ipsa itaque sensibilis species: cum non sit simplex sed utriusque naturae: resoluti spoliari & nudari accidentibus potest. atque ad intellectualen naturam reduci. & hoc pacto & sensuum valuis aut pomerti peruenire in expressione intellectus et memorie. Quod si simpliciter dixeris ipsa sensibilis substantiae naturalem imaginem: aut naturae erit solus sensitivus: aut solus intellectualis. Si naturae solus sensitivus: representabit offereturque sola accidentia: eritque species accidentium. Si solus intellectualis: erit species solus substantiae: nulla representans accidentia. Ipsa autem posita est totius esse species: representans substantiam cum accidentibus & accidentia cum substantia. Quod si posueris eam de natura solus sensibili: quomodo poterit ex ipsis in interiori sensu defecatio: relinquere intellectualis notio: quae in intellectu & sensu penetrat. Nam defecatio: est accidentium spoliatio. Et si de natura solus intellectuali dixeris: non poterit esse sensibilis substantiae species: nec subsistere in mundo & a mundo ferri ad hominem. Nichil enim intellectuale mundus gignit. In eo nil intellectualis spiritualis nature: natum est subsistere. cum sola mens humana: sit simplicium & mere intellectualum locus.

Quemadmodum prius fuerunt in intellectu & extra intellectum facta: tandem in intellectum reuertantur. Cap. VI.

Non mundum factus est intellectus: & iterum post mundum factus intellectus.

Modus (ut superius ostendimus) est omnia. Ast ante omnia factus est angelicus intellectus: post omnia vero humanus. Mundus igitur dyadem intellectualis/medium dispartitur: ut qui in medio duorum intellectuum angelici atque humani est factus.

Dyadis & dualitas.

Est etiam intellectus sensu anterior & prior: & intellectus sensu posterior.

Sicut in superiore dictum est de mundo: ita & de sensu dicendum in presenti. Angelicus enim intellectus ante sensum creatus est: humanus vero post sensum. In aboru autem intellectuum medio: creatus est sensus. Nam sensus cum mundo (ut cum animalibus que post angelos ante hominem creata sunt) est factus.

Vnde fit ut omnia prius fuerint in intellectu: & extra intellectum facta sint: tandemque in intellectum reuertantur.

Oia (ut in prioribus propositis docuimus) prius fuerunt angelico intellectu: ut in utero & conceptionis sue loco. Deinde velut nascientia & foras pudentia: ex occulto in aptum facta sunt: & posita extra intellectum in seipsis: in sua natura & in sensu. Sunt enim oia in seipsis & secundum se sensibilia.

Illatio.

Rursum ex aperto in abditū reuertuntur: cum in intellectu humano fiunt. Humanus enim intellectus fieri natus est omnia: & omniformis in fine est factus. Et ex hac illatione: possumus elicere harum duarum propositionū veritatem. Nichil est in sensu: quin prius fuerit in intellectu. Et nichil est in intellectu: quin prius fuerit in sensu. Prima vera est propter angelicū intellectū: secunda propter humanū. Nichil enim est sensibile aut cōsistens in mundo: quod nō prius per intelligibile esse fuerit quoquo pacto in angelico intellectu: & quin postea in homine: fiat rursū intelligibile & extra mundū. Possum⁹ etiā relict⁹ angelico intellectu: utriq⁹ propositioni in solo homine dare veritatis locū: sed in eo veritates transponūtur. Nā secunda primo vera est et secūdo prima. Cū enim per sensū dicit homo vniuersa: aut a natura siue a mundo aut alius ab alio homine: hoc pacto nichil est in humano intellectu: qui prius fuerit in sensu. nichil in homine: quin prius fuerit extra hominem. Postq⁹ vero homo vniuersa didicit: & factus est omnia consumatus & perfectus: in solus alium hominem docere potest. & in alterius mentem suopte pēdotribatu transfere: quec⁹ sibi prius insunt. Atqui docendi media & instrumēta: sūt sensibilia: Voces quippe audibiles sūt: scripture oculis peruite. Et qualc⁹ cunct⁹ voces: is qui docet profert: qualc⁹ scripturas proponit: ab eius mente deriuat atq⁹ oriuntur. Erit igitur hoc pacto mens sensibiliū fons atq⁹ initium. & nichil erit in sensu: quin prius fuerit in intellectu. Itaq⁹ considerato eo homine qui dicit: nichil est in intellectu: qui prius fuerit in sensu: id est in vocibus & scripturis. sumpto vero eo qui docet: nichil est in sensu: id est in vocibus & scripturis) quin prius fuerit in intellectu. Vox enim omnis & scriptura: ab eo exoritur conceptus: qui est in mente docentis. Et si vtrūq⁹ simul perspexeris qui docet & quid dicit: dispositis contra se & ex aduerso duobus conceptibus: eius qui docet & qui docetur: velut distantibus extremis: & dispositis in mediolitteralibus notis: conceptibus: vocab⁹ atq⁹ scripturis: sit motus ab intellectu docētis ad intellectu discentis. Nam cōceptus qui prius menti docentis inest: transferendus est in discentis mente: vt fiat mens discentis plena: docentis mente: nichilo inferior. Transfertur autem huiusmodi conceptus de mente in mente non per se: sed obiectus expressusq⁹ vocibus & scripturis. Rursum igitur in hoc ordine: vera est vtraq⁹ propositio: eo modo quo prius: nichil esse in sensu: id est in vocib⁹ & scripturis (q⁹ sunt sensibilia quedā) quin prius fuerit in intellectu docentis. & nichil esse in intellectu discentis: quin prius fuerit in sensu: id est in vocibus & scripturis.

CDiuina operatio: que est vniuersorum creatio: velut in quodam círculo est facta.

CNam deus creare inchoauit ab intellectu: & intellectu creare desijt. Est autē círculus: cuius finis: aut idem est aut coniunctus principio. Diuina igitur operatio: qua statuit deus ad esse vniuersa: facta est in círculo. vtpote que cepta ab intellectu: desijt in intellectu.

CVnde manifestum est cur homo cum ultimus creat⁹ sit: proximum tamē, angelis sortitus est locum: cunctis sensibilibus creaturis eminentior.

Cū enim ex precedente diuina operatio qua creauit vniuersa: facta sit in círculo: coniunctus deus totius sui operis finem: initio. Diuini autem operis initium: angelus est: finis homo. Coniuncti igitur sunt a deo & proximi loco facti: angel⁹ & homo. Angelus natura superior (vt & antiquior) deo attiguus est: homo vero ab angelo paulo imminut⁹. Rursum quecūq⁹ dissimili medio distant extrema: sunt similia. Est enim duplex dissimilitudo: quam habet ad medium: sive similitudinis causa. Angelicus autem intellectus & humanus distant ab invicem: medio sensu seu medijs sensibilibus creaturis. Vniuntur igitur ad invicem: ex oppositione & dissimilitudine medijs. Duplex enim ipsorum ad mediū discriminē geminusq⁹ recessus: causa ē copule: ppiqtatis & mutui access⁹ eorūdē. Rursū aliā eiuscē rei afferim⁹ causā: cur hōsūma & nouissima creatura: cūctis sensibilib⁹ creaturis: ē & dignitate & loco eminentior & ipsiis angelis cōiunct⁹. De⁹ duos spūs creauit: vnu p se subsistere natū sine corpore: quē vocam⁹ āgelū. Alterum natum in corpore subsistere: quē dicimus humanū spiritum. Quia igitur angelic⁹ spiritus vt per se potens nullo ad subsistendum egebat: creatus est ab initio totus & per se. Humanus vero haud aliter subsistere q̄ in corpore nat⁹: creari post corp⁹ debuit. Oportuit enī prius a deo fabricari: excudi & componi humanū corp⁹ humani spiritus domicilium: q̄ hūmanum procreari spiritum. Nempe & materies: ex qua corpus huiusmodi conflatur: humano spū creata est prior. Sed & humanū corp⁹ haud aliter creari debebat: q̄ post omnes sensibiles creaturas: que sunt ipsius materiei & humani corporis particule. Omnis enim sensibilis materialiū substantia: ad salutem humani corporis est pernecessaria. & estyt quedam

humani corporis pars. Id quippe conflatum est ex vniuersis que sunt in mundo. et est ut omnium sensibiliū creaturarū materialis apex terminus et finis. Est & opus ex materia prestātissimum: quod conseruari et saluari eget ex omnibus que sunt in mundo. Debuit igitur homo a deo creari ultimus: & fieri post omnia que ipsius salutem procurant queue sunt illi ad esse in mundo necessaria. Creavit enim deus imprimis angelum deinde materiam hinc materie partes idest sensibiles creature: sine quibus non potest esse homo. Postremo hōs minē angelo vicinum / coniunctum & proximum. In quo creandi modo processit deus: vt ab angelo ad materiam a perfectis ad imperfecta. Ut vero a materia per sensibilia ad hominem: ab imperfectis ad perfecta.

6 **C** Manifelatum iterum est omnem sensibilem creaturam: esse ut per se hominis corpus.

C Humanum corpus conflatum est a deo: in omniū sensibilium harmonia et mediocritate. ita vt vnaqueq; sensibilis creatura: sit vt humani corporis pars aliqua. humanum vero corpus per se: sit vt omnium totum & centrum. Omnes enim materie partes & sensibiles creature tribus tantum formis diducunt: essentia / vita & sensu. Nam intellectualis forma vt huiusmodi: minime actus est materiei & corporis. quandoquidem sine ulla materiei et corporis commercio: exerceatur intellectio. Fit enim hec in spiritu: vt pote que est intelligentie aut anime seipsum motitantis operatio. Et licet intellectualis anima addicta sit et materiei & corpori: sub ea tamen ratione/ qua intellectualis vocitur: a materia & corpore eximitur: et neq; materiam neq; corpus: sed seipsum solam ciet ac mouet. Cetere autem tres forme sensitiua / vegetatiua / essentia cum sibi ipsi adesse: seq; ipsas mouitare nequeat: dum taxat materiei & corpori adhuc suaq; motitant subiecta. Vnde illas merito materiales et corporeas formas nuncupamus: que nichil motionis et proprie actionis extra corpus / materiam et subiecta recipiunt. Omne itaq; materiei partem preter humanum corpus / trine tantum forme complectuntur: essentialis / vitalis / sensitiua. Humanum autem corp^u / ceteris materie partibus insignius: animam gestat immortalem / primum intellectus & metis domicilium. a qua eidem corpori: trium superiorum formarum actus: esse in qua viuere et sentire induuntur. Est igitur humanum corpus per se: vt cetera omnis sensibilis creatura: & quante cetere omnes materiei partes. & omnis sensibilis creatura / finē habet in humano corpore: facta propter humani corporis salutem. Nichil enim quod ex materia est: humanae anime salutem procurat. nichil materiale aut corporeum: alēdo immateriali aut incorporeo enti cofert. Et ex hac illatione plurima possunt inferri: nichil scilicet a natura ianiter aut octo factum. nichil cassum esse/ aut sine fine. Precipuum verūq; medicine obiectum esse humanum corpus: vt ex omni sensibili substantia / ex toto deniq; mundo salus ipsius caueatur. Et intellectum oculū medici: versari debere inter mundum et humanum corpus / vt singula mundi referat ad humanum corpus: velut partes ad totum.

Illatione.
Quod sit
medicine
obiectum.

7 **C** Homo omnia est: et spiritu & corpore.

C Diximus quopacto homo omnia fit spiritu et intellectu: per omnium species/ quib^o omnia fit. Est autem omnia etiam et corpore: cum haudquaq; sit minus eius corpus / q; sensibilis mundus. et nulla sit(vt diximus) sensibilis substantia/ non humani corporis pars: non propter humanum corpus facta.

8 **C** Vnde fit vt hominis anima in humano habitet corpore: tanq; equale in equali / totum in toto. similiter et hominis corpus in mundo.

C Hominis anima est totum intellectus/ idest totum intelligibile: quod intellectualiter omnia euadit. hominis vero corpus est totum sensus: idest totum sensibile. Vtrūq; autem hominis et eius anima / et eius corpus: est(vt dictum est)omnia. Anima quidem spiritualiter & circa materiam omnia fit: corp^u vero cum materia / rerum ipsarum substantias de�scit. Et omnia omnibus sunt equalia. Habitat igitur hominis anima/ in eius corpore: sicut Philosophi totum intellectus/ in toto sensus / & equale in equali. Identidem & hominis corpus habita opinio / saluator ferturq; in mundo: vt equale in equali & totum in toto. Etenim mundus omnia: idest omnis sensibilis substantia. cum nulla extra mundum/ sit sensibilis substantia. Et mundi & humani corporis non irrationalis erat eius opinio: qui ab unaquaq; mundi parte & substantia: sublata detractaque atomo/ ex tot atomis conflabat humanum corpus: quotquot sunt in mundo possunt. substantie. & numerū eundem aiebat esse mundi & humani corporis: humanū quoq; corpus

defluxum quendam esse atomorum vniuersi.

CQuo pacto humanus intellectus dicatur esse in corpore et non esse in corpore. Cap. X

Nmateria & corpore quatuor habitant forme: substantia/ vegetativa/ sensitiva/ et rationalis: quam intellectuam vocamus.

Extra materiam et corpus: tantum una reliquitur forma angelica/ ante oem materiam creata. In materia vero et corpore reperiuntur quatuor: substantia/ vegetativa/ sensitiva et intellectuua. Substantia dat materie esse. Vegetativa/ vitam eidem imprimit. Sensitiva/ sensationis est causa. Intellectuua/ intellectionis. Omnis enim sensibilis creatura: aut intelligit/ aut sentit/ aut vivit/ aut subsistit.

Ctres inferiores forme: et substantia & operationes sunt in materia. suprema autem rationalis et intellectuua: substantia quidem et re ipsa est in corpore: functione et operatione extra corpus.

Substantia forma: dat corpori esse & subsistere. Vegetativa illud vivificat/ nutrit/ dat incrementum. Sensitiva in corpore & corporeis organis: sensationem perficit. Rationalis autem & intellectualis vis: nullum cum corpore/ in sua operatione habet commercium. Nam intellectualis operatio/ similis est curue linee: cui idem est principium & finis. ceterarum vero formatum actus et operationes/ rectas lineas imitantur quarum sunt diuersa extrema: aliud initium/ aliud finis. Sensibiles enim forme: initia quidem sunt & efficientes cause suarum operationum. Illas attamen operationes minime in se recipiunt: sed in materia et corpore easdem recipi oportet. Vnde fit ut in eis: aliud sit producens/ aliud recipiens: aliud principium/ aliud finis. In operatione autem & officio intellectus: eadem est causa efficiens/ materialis et susceptiva: eadem producens/ eadem recipiens: eadem que actus/ & que potentia. Ipsa etenim rationalis & immortalis anima/ creata in orbe: in actum & potentiam diducitur/ cuius actus agens intellectus: in potentia propria possibiliter intellectu: intellections oes profert.

Intellectus siue sit suarum notionum opifex/ siue eas recipiat a mundo: intellections omnes in se/ aut profert aut recipit.

Intellectus imperfectus et inconsutatus: notiones omnes per sensum recipita mundo. que/ vt dictum est) in interiore sensu defecantur: a quo intellectu sublabrantur ac penetrantur. Huiusmodi enim desertus vacuus siue intellectus: cum nondum sui corporis euaserit/ neque rerum scientiam imbiberit: naturam imitari nequit/ aut aliquid ad nature similitudinem in seipso proferre: cuius nulla a natura suscepit initia. Consumatus autem intellectus per se operatur/ & opifex est suarum notionum: naturaque solus imitari potest. Vterque igitur intellectus et qui suarum notionum est causa/ et qui non est causa: intellections ipsas siue notiones omnes et species/ in se nō in corpore profert aut recipit. Intellectus enim agens & intellectus possibilis licet re ipsa distincti/ atque diuersi sint: substantia tamen sunt unus intellectus et una numero rationalis anima/ immortalis: cuius actus a potentia inseparabilis est. Et intellectus agens: est ea animi pars quam speculatricem nuncupamus. Intellectus vero possibilis/ est ipsa intellectualis memoria: omnium intellectualium specierum receptatrix.

Tantum simile a simili patitur

Non sensibile patitur a sensibili/ intellectuale ab intellectuali/ sensus a sensu/ intellectus ab intellectu. Sensibile a sensibili: vt corpus humanum a mundo. Omnia etenim que sunt mundi: necessaria sunt ad salutem humani corporis. cum omnis sensibilis substantia: sit eidem aut in alimentum aut medicamentum a deo attributa. Intellectuale ab intellectuali: vt anima siue intellectus ab intelligibilibus speciebus. Sensus a sensu: vt sensus interior ab exteriori. Est enim interior sensus/ vt quedam exterioris memoria: & vt penitior locus/ in quo sensibilia spectra & colliguntur & reseruantur. Sensus quippe exterior/ preest sensibilibus speciebus a mundo captandis: easque receptas a mundo/ ad interiorum sensum/ introducit. Interior vero/ illas intus asseruare iubetur. Intellectus denique ab intellectu patitur: vt intellectus patiens ab intellectu agente. qui sunt unus/ totus substantialis intellectus/ & una numero anima: non tamē eadem numero animi pars.

Sicut sensibiles species subsistere nequeunt in intellectu/ sed tantum in mun-

Intellectus agens.
Intellectus possibilis.

Spectru

do: ita & intellectuales subsistere nequeunt in mundo/ sed tantum in intellectu.

CSensibiles species aut sunt in interiore sensu/ aut in exteriore: aut in aere aut in aqua/ aut in alijs medijs corporibus: per que a rebus ipsis emicant / vibrantur/ funduntur. nec in aliquo alio subiecto: qm in materia et corpore receptantur. In immateriali enim & dissimili subiecto/ vt in intellectu: subsistere non possunt. Intellectuales autē species licet a mundo et sensibilibus speciebus deriuaticie sint: habent tamen esse extra mundum & materiam. Stant enim & permanent in intellectu possibili: a quo emigrare nequeunt

CQuāuis intellectuales species sint in intellectu: intellectus in anima/ anima in corpore et materia: non tamen dicuntur intellectuales species habere esse et subsistere in materia et corpore.

CNam separari possunt anima & intellectus a corpore: permanentibus in intellectu notioribus intelligibilibusque speciebus. Nō igitur habent intellectuales species/ verū esse & subsistere in corpore: vt sine quo esse veraciter possunt. sed in solo intellectu/ sine quo esse nequeunt: licet possit sine ipsis esse intellectus. Nam inconsumatus et inconditus disciplinis intellectus: ab initio (vt diximus) inanis est rerumq; speciebus destitutus.

CIntellectus humanus etsi separabitur a materia/ non erit oīosus: nec a propria speculatione intellectuali operatione fatiscens/ intermittetur.

CNam humanus intellectus quādiu in corpore subsistit: nullo ad propriam operationem vtitur corporis commercio/ sed sine materie et corporis officio: intellectualem perficit operationem. Si igitur degens in corpore: sine corporis vslu/ propria actione potitur et oīosus non est: quanto magis extra corpus factus/ eadem operatione(sine vlla sui immutatione) potierit & oīosus non erit. Ipsius enim anime substantia/ incorruptibilis natura atq; imortalis: tota integra et salua extra corpus/ cum virtutibus omnibus et speciebus intelligibili bus fieri potest. atq; in hoc licet innaturali statu: intellectuales operationes/ in semetipia congrue perficit vt prius.

CSicut angelicus intellectus/ natus est per se subsistere extra corpus: ita et humanus subsistere in corpore est natus.

CAngelicus intellectus purus est: et per se subsistere natus vt prius ostendimus. Humanus vero natus est subsistere in corpore: et in hoc ab angelo differt/ paulo inferior. Si igitur humani intellectus natura est subsistere in corpore: non debet natura esse extra corpus: neq; disiungi aut separari a corpore. Et si quādo extra corpus fiet: hoc preter naturā/ alia quadā causa eveniet. Et iterum cum sit immortalis & incorruptibilis: natus est quandoq; corpori restitui. vt in gradu proprio & suapte ipsius natura/ se inper subsistat. Et hinc pendere cognoscimus future resurrectionis mysterium. Facta quippe sunt & creatae a deo in universo: vt De mysterio modo quo esse nata sunt/ subsistant. nec statuit aut finere potest deus/ quicquam in terū rō future natura inane atq; oīosū. Atqui nata est(vt diximus) rationalis anima/ elle & saluari in corpore. vt pote cui complures insunt vires: quas nisi corpori addicta & agglutinata/ exercere nis. nequit. Nonnūq; igitur exbonitate & clementia dei futurum est: vt resolutū in atomos corpus/ prīcā corporis formam recipiat/ fiatq; rūsum eternum anime domicilium.

CQz vterq; intellectus eo quo creatus est modo consumatur.

Cap.XI.

VTerq; intellectus/ quo modo substancialiter exortus est: ita & scientia perficitur.

CAngelici intellectus/ specie plures sūt atq; differētes: genere tamē sūt vnius atq; idē intellectus. Humanus vero intellectus/ specie discrimina cū subterfugiat: dūtaxat in illo singulari & idividuo diuellis euaditq; plurim⁹. Singulorū qppē hoīm/ vñē & peculiaris intellect⁹: oēs tñ humani intellect⁹/ ad apicē & fastigii speciei: vnicus intellectus vocantur. Angelicus autē intellectus totus simul repenteq; exortus est: nō vnu post aliū, quandoquidē et oēs angelī/ simul creati sunt: eodēq; momēto/ substantiā acceperūt. Humanus autē intellectus(secūdū specie dico) diuide & in tempore substantiā accepit: factus non

totus simul sed parte post partē id est in diuiduo post in diuiduū. Explicitus enī est per singu
lariū & in diuiduorū numerū. & hic adhuc imperfectus in dies exoritur: succeditq; intellectus
intellectus quoad species humani intellectus suo numero impletatur. Vt ergo igitur intellectus:
codē modo scientia perficitur quo & substatia. Angelico quippe intellectui repente &
substatia: et in uersorū scientiā obrigisse fatemur. Humano vero intellectui & substantia
et scientia: sensim diuidue & in tempore. substantia quidē cū vnus post aliū orat. Scientia
vero: cū non simul oia sit fieri natus: sed prius vnu posterius aliud fiat quoadoia sit factus.

CV triq; intellectu quale obtigit esse primū tale & secundum.

CHec est ferme eadem cum precedente. Nam esse primum: est esse simpliciter quod esse
substantiale appellamus. Esse vero secundū: est esse secundi quid quod esse rationale siue scien
tificū vocant. Vt triusq; igitur intellectus primū esse: lex est secundi esse eorūdē. Quali ortu
eorū substantia emerit: tali & scientia emergit. Cuius enī genus repente ortū est: huic et
quis scientia repete affuit. Cuius vero species singularib⁹ & in diuiduis diuidue & in tempore
explicatur: huius quoq; idividua & singularia cūctorū scientiā: diuidue piter sēlimq; recipiūt.

CAngelorum intellectuum genus est vnum: species plurime et varie. Hu
manorum vero intellectuum vnicā est species. Singularia vero multa et nume
ro indefinita.

COis angelicus & separatus intellectus: per se vna quedā species est. oēs vero simul vnu
tantū genus cōflant. oēs autē humanus intellectus: per se est singulare quiddā. oēs vero hu
mani simul: vnicā tantū specie claudūt. Nā cū angelicus intellectus sit paulo eminētior
humano: hic ad humanū se habet: aut sicut genus ad speciē: aut sicut species ad idividuū.
Quo enī modo angelicū intellectū vocaueris genus: dic humanū esse speciem. & si angelicū
dixeris esse speciē: humanus abs te singularis & in diuiduis est appellādus. Angelicus
siquidē vnu est genere: specie varius atq; diuisus. Humanus vero specie vnicā: nūero plu
rimus ac varius euadit. Et sicut angelicū gen⁹ habet esse in solis speciebus: ita et humana
species in solis in diuiduis.

COmnis humana intelligentia: est vt vnius angelice intelligentie numerus.

CNēpe queuis angelica intelligentia perse vna species est: oēs vero simul: vnum gen⁹. Ast
quelibet humana intelligentia singularis est & idividua. oēs vero humana intelligentie simul: vnu
cā adimplēt cōflantq; speciē. Oēs itaq; humana intelligentie simul sūt vt vnius angelice intelligē
tiae nūer⁹. quēadmodū & vniuersa singulariū multitudo: vni cuiusā speciei p̄bā equalis.

CVnde fit vt non recte senserit impius Auerrois: omniū hoīm vnu eūdēq;
esse cōmunē intellectum a cunctis separatum.

CNā sicut deus angelicorū intellectuū gen⁹ i species partit⁹ est: ita & humanorū intellectuū
speciē in singularia & in diuidua eadē lege dispeſcuit. Et sicut oēs angelic⁹ intellect⁹ est vna
species: ita et oēs humānus vnu hoc aliquid est & ens singulare. oī itaq; hoī: inest p̄pri⁹ pe
culiaris & singularis intellect⁹. Rursū q̄cquid p̄de degit separātū & abiūctū a materia: aut gen⁹
aut species est. q̄cquid vero cōiūctū est materie: vnu nūero est & singulare & idividuū. Est
enī materies rerū vltimū: toti singularitatis et idividuitatis causa. oēs autē humān⁹ intellect⁹:

Argumēta quibus iun
quisit⁹ addic̄tus est et cōiūctus materie. oī ḡi humān⁹ intellect⁹: idividuū est singularis p̄pri⁹ et
pij Auer
rois opinio nūero vnu. Deniq; fieri nequit vt eiusdē entis simul gen⁹ cū specieb⁹: aut species cū singu
larib⁹ eodē modo subsistat. Nā cui⁹ generis species actu & vere extra mēte in rerū natura
falsa demō stratur. deūt: id genus dūtaxat ratione & intelligentia colligit. & nequaq; in rerū natura: sed i sola
mēte reperitur. Angelicū enī gen⁹ i sola mētesubsistit: angelice vero species extra mēte
in rerū natura esse receperūt. Et eodē modo si cuius species singularia habet esse extra mē
te: necesse est eā ipsā specie sola ratione & intelligentia lectam ex in diuiduis mēti inesse: nul
lāq; in rerū natura recipere substatiā. Humana etenī species: quā deus in singularia dispeſ
cuit: dūtaxat ratione & intelligentia colligitur. nullūq; aliud esse q̄ mentis esse sortita est: vt
cuius singularia et partes: extra mēte in mundo veraciter subsistunt. Qui enī toti alcui na
turale verūq; esse ascribit: id simul a partib⁹ auferat oportet: tjsq; solū rationis & mētis esse
relinquat. Et contra qui partes in rerum natura collocauerit: earum tota in sola mente col
locare debet. Si enim genus est in natura: eius species & singularia inerūt soli mēti. Si
militet & si specie status in mēdo aut in esse substatiā: necesse est eius in diuidua mēti soli
in esse. Si vero singularia in mundo sunt: eius species & genus haud aliter q̄ in mente sub

sistunt. Cum igitur ois humanus intellectus singulare & hoc aliquid esse i rerū natura extra mentē suscepit; impossibile est aliū esse humanū intellectū a singularib⁹ intellectibus separatū: qui sit tanq; singulariū intellectuū species: veraciter extra mētē in rerū natura collocata cūctis hoībus, vt arabs Auerrois ipie edocuit cōis. Sicut enī secuit deus angelicū Arabs. intellectū in species: ita & humanū in singularia. Et sicut null⁹ est aliū angelicus intellectus separatus a specialibus intellectibus / qui voce eorū genū sitq; cūctis angelis cōis: ita & nullū aliū esse humanū intellectū / a singularibus intellectibus separatū fatemur: qui sit vt singularium vera & abstracta species cūctis hominibus cōunis.

6 **C**Q uilibet humanus intellectus repente totusq; simul exoritur: in tēpore tamen eruditur et consumatur.

CHec propositio ad intelligentiam priorū adiecta est. Nā cū diximus hūanū intellectū eo-
dē modo scientiā indipisci quo & substatiā adeptus est: de humano intellectu secundū spe-
ciē loquebamur non de ipsis singulis. Totus quippe humanus intellectus secundū speciem:
diuidue & substantiā recipit & scientiā. Vnus quippe intellect⁹ post aliū exoritur: & alius ab
alio edocetur atq; eruditur. Ast quilibet humanus intellectus aliter substantiā aliter scientiā
nanciscitur. Nā repente quilibet ad esse procedit: cū sit ipers et individuus animus. & neq;
prior vna eius pars: alia vero posterior / a deo profertur. sed simul totus animus simul gemi-
ne animi partes intellectus & memoria: omnesq; eius vires in esse producūtur. Eruditur au-
tem singularis ois intellectus diuidue & in tēporis fluxione: cū non simul omnia fiat / sed pri-
us vnius postea alterius scientiam indipiscatur.

Indipiscor. r. in se adipiscor.

CQ angelici et humani intellectus se habent quomodo
fluxe & permanentes qualitates. Cap.XII.

Angelici intellectus fluxis qualitatibus: humani vero permanenti-
bus ac statis comparantur.


CNā fluxe qualitates / repētētoteq; simul intēdunt. pmanentes vero particulari-
sēnsimq; excrescūt. Illarū nūerus i vnitate pfertur: harū vronūerus. diuidue &
in nūero succedit. Angelici quoq; intellect⁹ simul cūcti sūt facti: eodēq; momēto oīm sci-
entiā indepti sunt. humani vero intellectus / aliis post abū crētār: rerūq; sc̄ientias discursu /
progressione ac tēporis fluxione imbibere natī perhibēt. Sūt igit̄ illi fluxis: hūero statis
permanentibusque qualitatibus merito comparandi.

2 **C**Vnde fit vt angelicus intellectus potior sit liberior ac vegetior humano.

CNam successiva qualitas: potior est / liberior ac vegetior permanente. Vt lux maioris est &
amplioris q̄ color plenitudinis. Est & colore liberior / prestans potior atq; vegetior. Mīnus q̄ppe
materiei materialibusque subiectis addicta ē q̄ color: magisq; ipsā oculorū aciē suo acumine
perstringit. Ast angelicus intellectus fluxe qualitati: humanus vero / state atq; pmanēti cō-
paratur. Est igitur angelicus intellectus: humano potior / liberior ac vegetior. Humane
siquidem intelligenti vis: pauxillū ex materia remissior euadit: & ad capescenda intelli-
gibilia ad singula exterebranda: paulo q̄ angelica actes: hebetiori acuminereperitur.

3 **C**Angelorum intellectuum linea / ad lineam humanorum intellectuum:
creat angulum rectum.

CSit recta linea a b c d: a dextro in sinistrū aut a sinistro in dextrū
producta: hanc voco lineā humanorū intellectuū. Nam celestis la-
tioni delatio atq; successio: aut a dextro in sinistrum aut a sinistro
in dextrū pertransit. Humani vero intellectus / temporū curriculis
celestiq; delatione alias post aliūm procreantur: a primus deinde
b lunc c et d. Sit autē recta alia a e f g / ad priorē perpendicularis.
Velut ab imo sursum aut a summo deorsum protēa: hanc dico esse
lineā angelicorū intellectuū. Nam cuncti angelici intellect⁹ a e f g:
simul exorti sunt / simulq; & substantiā & vniuersorū scientiā acceperunt. In linea autē a e f
g / nulla contingit successio: cū tota sit in instantia / ad esse producta. Nā neq; in celo ab imo
in sursum / aut contra ab eo quod est sursum / in deorsum celi: contingit vlla successio. Ange-
licorū igitur intellectuū linea / ad humanorū intellectuū lineā: creat angulum rectum. cu-
tus alterū et precipuum latus / a e f g: repente totūq; simul exortū est. reliquo vero minusq;
precipuo lateri: diuidua / temporanca & successiva obtigit origo.




Cum ab astronomis celi longitudo definiatur ab ortu in occasum: latitudo vero a meridie in septentrionem: fit ut in celesti circulo hec differentia angelica: illa vero humana vocetur.

CLatitudo celi vt astronomis placet: distantia est a meridie in septentrionem. Eius vero longitudo: distantia ab ortu in occasum. Fit autem ut diximus oīs celestis delatio oīs successio: aut ab ortu in occasū aut ab occasu in ortū. Nā prima & precipua sphaera: ab oriente in occidentē defertur. Secunde vero lationes contra ab occasu conuertuntur in ortū. Est enī oriens dextrū celi: occasus vero pars est celi sinistra. Est itaque dyametrum que orientis occidētis punctū dirimit humana linea: qua humani intellectus diuidue et in tempore procreant. Cetera vero dyametrū que hāc perpendiculareiter secat: a meridie i septentrionē ptenfa: que & celi vocat latitudo: cū successio in ea nulla contingat: angelicis spiritibus separatisque intellectib⁹ cōpetit. In latitudine igitur celi struendus est angelorū numerus: qui vnicē atq; indiuidue totus simul in esse processit. In celesti vero longitudine numerus est hominū collocandus: qui sensim celestisq; lationis assidue fluxu absoluitur/ perficitur/ consumatur.

CEx natura permanētis qualitatis: liquet humanū animū esse immortalem. **C**Hec signū vnum proponit quo humanī animi imortalitatē: quoquā pacto ratione claudere liceat ex natura permanētis qualitatis de promptū. Nā diximus humanī intellectus species persimilē esse state permanentiē qualitati. Eo enī modo totius humanī intellectus species per partes & singulares intellectus accrescit/ absoluuntur/ cōsumuntur: quo & permanētis qualitatis per partes variosc gradus absoluuntur intētio. Priorē gradus vñq; q; alius exortur. Ad totius vero qualitatis intētione pfectaq; substātiā: necessarius est priorū graduū: cū posterioribus status ac permanētia. Si enī prior aduentante posteriore dilaberetur: staret permanētis qualitas semp imperfecta/ nunq; tota/ integra/ absoluta. Metire igitur humanī intellectus specie hac permanētē qualitate: singulares intellectus (qui assidue in esse procedunt) referens ad totius qualitatis gradus: & clare deprehēdes singulorū & indiuiduorū intellectū immortaliē. Nā singulares huiusmodi intellect⁹ sigillati pferūtur: vt demū toti⁹ humanī ai species/ suū esse recipiat ipsaq; tota absoluatur. Stat itaq; saluātūrū priores intellectus/ cū posteriorib⁹ quāq; e sensibili regione eq; corporū suorū claustris: veraciter abire & emigrare (alioq; nature ordine) iubantur. Si enī ortu posteriorū intellectuū priores iterēt abirentque in nichilum: irrita esset humanī intellectus species. Vtpote integrū totūq; sui esse nunq; sortitura.

Cursum ex eruditione cuiusuis humanī intellect⁹: perspicuum est humanū animū esse immortalem.

Hec signū aliud assert: quo pariter cōstet humanū animū esse immortale. Nā cū humanī intellectus erudit⁹ cū disciplinā ipsā oīm scītiā capescit: intellectualiū specierū diuidua & multifaria susceptione oīa fit. Que autē species prius in animi thalamos irruperūt: haud cōtinuo labūtūt: neq; posteriorū aduētu pellūtūr a memoria. sed simul cum posteris manētes salutē & integritē in memorie p̄optuariō perdurāt. Earū quippe nūerus/ est & animi nūerus: nec earū vlla cōsumato deesse poterit animo. cū dicāt humanus anim⁹ omniū esse potentia oīa fieri nata. Qz si priores species posteriorū aduentu e finibus ai liminari dōpelliq; posueris: animū facis irritū/ inanē atq; ociosū. qui cū sit fieri oīa natus: euadet tamē oīa nunq; tollis: ab eodē imarcescibilē sapiētie fructū. Nā sapiētia/ oīm est rerū agnitio. Cū igitur eodē modo toti⁹ humanī intellectus spēs/ substātiā pficiatur: quo & qsq; singularis intellect⁹/ sapientie nitore illustrat: necesse est vt sicut stata atq; immortalis intellectualiū specierū frequētia fructus est & cōsumatio cuiusuis singularis ai: ita & fixus immortalisque singulariū intellectuū nūerus/ sit integritas & absoluta cōsumataque substātiā toti⁹ humanī intellect⁹. Est enī accidentari⁹ spērū nūerū figura & vmbra/ substātiālē singulariū intellectuū pluralitatis. Et sicut vnuquisq; singularis intellectus/ intellectualiū specierū nūero adiuletur pficiturq; i eo sapientie cādor: ita & toti⁹ humanī intellect⁹ species/ singulariū intellectuū nūero substātiālē



Diametrius k̄ tres fīm
Diameter / masfīm fīd
Diametrius neutrū
linea rā dūdīs rātū
duas pares partes.

Obiectio.

est adiplenda/pficienda/cōsumāda. Sicut igit̄ itellec̄tib⁹ sp̄ebus/īmortalis ī mēte siue in memoria deputata est sedes: ita & cūc̄s singularib⁹ intellectib⁹/īnoblitterabile extra mēte in ipsa rerū natura māsionē deū prouidisse attestamur. Intellectualū q̄ppe accidētiū siue sp̄erū sedes: est ipsa mēoria. Substātiarū vero māsio: ipsa rerū natura. cōpetit enī (vt dixim⁹) vtrisq; tā vmbbris & speciebus/q̄ veritatib⁹ & singulis intellectibus: indelebile īmortaleq; domicilium: his in rerum natura/ illis vero in memoria.

Numerus cuiusvis hūani itellec̄t⁹; est vt oīm hūanorū itellec̄tuū nūerus.

Quilibet singularis itellec̄t⁹ fieri oīa nat⁹ē. cū itaq; fact⁹ ē oīa: iest illr itellec̄tū oīm specierū frequētia. quē accidētiū & vmbritilē specierū nūerū: cuiuslibet singularis intellectus nūerū appellam⁹. dicimusq; hūc nūerū: esse vt substātiālē oīm singulariū itellec̄tuū numerū quo tota humani itellec̄t⁹ species est absoluēda. Est enī accidēs: vmbra quedā & figura/ potioris substātie. ea quoq; q̄ mētiū sunt: signa & imagines sūt eorū/ que aut sunt aut futura sunt ī mēdo siue in ipsa rerū natura. Id enī ī quolibet singulariū itellec̄tuū sub accidētario sp̄erū numero p̄signat: qd̄ deinceps ī rerū natura/ sub veraci & substātiālē singulariū itellec̄tuū nūero/ futurū ē & adiplēdū. Pri⁹ nūerāt & exprimit ī parte: qd̄ postea futurū ē ī toto.

Vnde fit ut vterq; human⁹ intellectus tam vniuersalis/q̄ singularis: absoluendus & consumandus sit in sapientia.

Singularis intellect⁹ est quilibet humanus intellectus. Vniuersalis vero intellectus/ est totus human⁹ intellectus scđm specie: id est singulariū omniū intellectuū numerus. & hoc pacto vtrūq; intellectum/ in sapientia absoluēdū cōsumandūq; fatemur. Nā quilibet singularis intellect⁹ perfici natus est intellectualū specierum multitudine: que illi⁹ sapientia litterariūque thesaurus nuncupatur. Vniuersalis vero siue totus intellect⁹: pari singularium intellectuum numero/ diuidue & ī tēpore est absoluendus. Liqueat autē (per precedentē) hunc substantiālē singularium intellectuū numerū: esse vt accidentariam intellectualū specierū frequentiā. Si igit̄ intellectualū sp̄erū numer⁹ est sapientia: crit & singularium intellectuum multitudo sapientia quedā. Cōsumandus itaq; est vterq; intellectus/ in sapientia. singularis in sapientia vmbritili/ figurata & accidentaria: vniuersalis vero/ in sapientia potiore/ veraci & substantiālē.

Fit iterū vt sicut accidentarius intellectualium specierum numerus/sapientia est & lux animi: ita & substantialis singularium intellectuum numerus sit lux & sapientia mundi.

Minor sapientia/ minoris mundi id est hominis siue animi est sapientia. Maior quoq; sapientia: maioris mundi lux est & sapientia. Est autē minor sapientia: intellectualū specierum numerus: qui recipitur & subsistit ī minore mundo/ id est ī hoīe siue in aio: que est accidēs p̄ientia. Duplex substantia singularium intellectuum numerus: quem intellectualū specierū numero/ parem & proportionabilem esse docuimus. Et hec secunda ac potissima sapientia: subsistit degitq; ī mundo/ vel ratio/ numerus & lux mundi. Est enim mundus substantiarū regio: et cōtinēs omnem substantiā locus. Et cū omnis sapientia sit lux/ ratio/ finis & perfectio eius in quo est: erit vt sicut intellectualū specierū numerus/ lux est animi: ita & singulariū intellectuum multitudo/ sit lux/ ratio/ finis & perfectio mundi. Intellectualū specierum presentia/ bene esse afferit aio. Humanorū vero intellectuū plenitudo bene esse mundo/ largitur. Exors specierū animus/ in tenebris versatur. Mūdus vero huinana destitutus p̄sentia: atrā pariter noctē subit.

Qui intellectus/ simul multa non intelligit. Cap.XIII.

Intellectus est vnitas memorie: memoria vero numerus intellect⁹. **S**icut vnitas est ante omnes numeros & omnium numerorum fons: numer⁹ vero omnis/ posterior est vnitate & ipsius primarie vnitatis multiplicatio atq; resumptio: ita et intellectus est ante memoriam fons atq; initium memorie. memoria vero intellectui succedit: tanq; pars ai iterio & pfunda: & vt ipsi⁹ intellect⁹ pluritas/ multitudo/ resuptio. Licet enī intellect⁹ & memoria/ quippe q̄ sūt vñ⁹ rationalis & īmortalis anim⁹/ natura sint simul creata: intellect⁹ tamē ob duas causas/ anterior & prior memoria esse pronūciatur. Primo quia collocat⁹ est ī valuis memorie: & est vt anterior animi pars/ qua in exēdras animi/ intellectuales species irrūpūt. Memorie vero velut ī pfundo subsides/ vltima aie pars est: q̄ intellectualib⁹ it obuiā specieb⁹ illarūq; delatiōes & motus sūtit.

Sicut et vnitatis in valuis omnium numerorū est collocata. Numeri vero in profundo & posteriore parte vnitatis. Secundo quia operatio intellectus prior est & anterior operatione memorie, vt que impregnatur ab intellectu: et omnes ab illo traduce captat recipitq; species. Et cū (vt dictum est in precedentibus) simplex et prima cuiusuis speciei intelligibilis deprehensio sit intellectio & proprius intellectus actus: secunda vero eius deprehensio sit principale intellectionis resumptio frequentia & iteratio spectas ad memoria. Quippe secundo intelligere recolere est: recolere vero actus est memorie et quiddā memorari necesse est ut in sola vnitate & simplicitate iudicij & primogenie apprehensionis cōsistat ipsa intellectio. Recordatio vero siue memoria: in dualitate & omni deinceps numero cōsistere probatur. Est igitur intellectus, vnitatis memorie: memoria vero dualitas & numerus intellectus.

CVnde fit ut intellectus simul multa non intelligat: sed continue tantum vnum.

CNam intellectus est indiuisibilis & quiddā insectile minimū: vt vnitatis. Impossibile est autem quod indiuisibile est: simul duo aut plurima contingat: capiet: apprehendat: sed continue tantū vnu. Per multa quidē & immensa id discurrere posse fatemur: sed nunq; duobus simul adesse duoue aut plura vnicē complecti. sed continue tantum vnu adest: tantum vnum contingit: sublabiat introducitur in animum. Et hec facile intelliges per magnitudinem et punctum. Finge enim punctum mobile: idq; per totam rectam lineā ab uno eius extremo ad alterum discurretere. aut contra. punctū immobile: lineā vero rectā super punctū ferri ab initio ad finē fieri nequit ut huiusmodi punctū: simul duobus aut pluribus: totius recte linee punctis adsit: aut simul duo quevis attangat sed continue tantū vnu adest. Hec autē puncti super rectā lineā aut recte linee super punctū delatio atq; defluxus: similis est intellectioni & primarie apprehensioni intelligibiliū specierū. Est enim intellectus similius puncto & vnitati: intelligibiles vero species sunt vt linea & numerus. Eadē erit & propior quidē analogia: si puncti & linee loco sumpseris vnitatē & numerū: vnitate super numerū: aut numero super vnitatē discurrente. Nā intellectuales species haud cōtinue sunt aut si biuicē herētes: vt puncta in linea: sed mutuo abiūcte discrete dīducte: vt vnitates in numero.

CEt intellectus est indiuisibilis: et id quod intelligitur indiuisibile.

CEx precedentibus duabus: manifestū est intellectū esse indiuisibile & partiū expertē. Quippe qui est vt vnitatis & punctū: id autē quod intelligitur est eius obiectū: quod ipse intellectus a sapientia capescit. Id quoq; (vt sub intelligentia cadit) est impers: per precedentem illationē. Nam si diuisibile dixeris: quia id totū simul capit intelligique intellectus: erit ut simul duo aut plura intelligat. Intelligit autē vt possum est: assidue tantū vnu. Quicq; igitur intellectus sublabrat & apprehendit: vt hoc pacto sub intelligentia cadit insectile est & partium experts.

CQuicquid est vnum: est indiuisibile.

CVnum hic intelligimus vere precise & simpliciter vnu: vt intellectus hoc pacto vere vnu est. Similiter & quicquid intellectus actu deprehendit vere est vnu. Quod enī diuisibile est vnu non est: sed multa. Idcirco & vnum sensibile: non est vere vnu. Vnu vero intelligibile est vere vnu: & vnum simpliciter: vt quod diuidi & plura esse nequeat.

CIntellectus non modo simul multa non intelligit: sed & neq; bis idem.

CSicut non possunt simul duo esse in intellectu & ab eo sublaborari atq; intelligi: ita & neq; intellectus bis idem intelligit. Nam si dixeris secundo idem intelligit: dico quoniam non intelligit sed recolit: iterat ac resumit: quod primo intellexit. igitur iam non intellectio est: sed recordatio & memoria. Est enī memoria intelligentie dualitas: numerus: iteratio: resumptio. Et prima dūtaxat rei eiusdē perspectio & vniuersalitatis apprehensio: ad intellectū referenda est: et intellectio vocitanda. Secunda vero referenda ad memoriam: & minime intellectio: sed recordatio dictitanda. Nam intelligere simpliciter vnicē & primo: intelligere est. At iterum intelligere siue secundo aut tertio intelligere: iam non intelligere est: sed recolere resumere & recordari.

CIntellectus repente et in instanti intelligit.

CNam intellectus est impers: & id etiā quod intelligitur est absq; quantitate & numero partiū. Qualia igitur sūt totius intellectiōis extrema: speculatrix in qua potētia et spectabili obiectum: tale est & interstes temporis mediū: in quo coniūguntur & copulantur. In ini-

.. Dicitur

analogia

Obiectio

3

4

5

6

stanti igit & indiuisibili tēporis fit iōa extremitū copula: q̄ est intellectio & intelligibilis rei ab intellectu dephensio. Rursū quia vtrūq; est iduibile & intellectus et id qd intelligit: vtrūq; totum alterū simul absoluīt & nō parte post partem. Intelligibile quippe totū: toti simul expanditur & adaperitur intellectui ac totū simul subit intellectū, adeo vt nulla ex parte neq; ipsius intellectus neq; intelligibilis: fieri possit in intellectione successio. Si enī in intellectione contingere fluxus atq; successio: aut intellectus esset partibilis/ aut intelligibile aut vtrūq;

CVnde fit vt nulla intellectualis species: duobus momentis aliquo tempore perseveret in intellectu.

Si enim aliquod intelligibile siue aliqua intellectualis species/ duobus momētis aut aliquo tempore perseveret in intellectu: intellectus intelliget bis idē. Nā semel in primo momēto & prima parte tēporis intelliget: deinde secūdo: in secūdo instanti & secunda temporis parte. Atqui pri⁹ positiū ē intellectū nō intelligere bis idē. Rursū ois intellectualis spēs postq; i intellectū p̄quēta ē: cōtinuo trāfit ad mēoriā: in q̄ recipienda ē & asseruāda. ita vt nequeat primo & secundo momēto manere subsistere & residere in intellectu. Secūdo enim momēto fieret ei⁹ specie ab intellectu resumptio: qui actus est memorie nō intellectui proprius. Et sicut inter vnitatē et numerū non est dabile mediū/ nam sola vnitatis est vnitatis: vnitatis vero p̄ima et minima iteratio/ extemplo ab vnitate labitur ad numerū: & numer⁹ ac dualitas c̄leſtur) ita & inter intellectum atq; memoriam que sūt extreme animi partes: mediū in animo interhiat nullum/ in quo ipsa intellectualis species resideat. Hec enim eo dūtaxat quo oritur & captatur momēto perseverat in intellectu: reliquo vero toto tēpore/ saluatur in memoria. Est enī intellectus vnitatis/ primitas & ort⁹ intellectualiū specierū: mēoria vero earū dualitas/ finis/ numerus/ multitudo. Tantū enī semel siue secundū vnitatē: aut vno tantū instāti: est & subsistit omnis intellectualis species in intellectu. plures autē siue secundū nūerū: aut pluribus instantibus subsistit in mēoria. Nec possibile est dicas de eadē specie: primo et secūdo subsistit in intellectu. sed primo tantū et vnicē i intellectu: secūdo vero diuidue aut quis nūero in mēoria. in qua stabilis est: permanens/ salua & cuiterna. Et hic de intellectu agente & pratico loquimur: vt intelligibile specie ab exteriore obiecto emēdicat/ disquirit/ receptat: & eandem ad mēoriā cōfēstum trāmittit. Nā possibilis intellectus est ipsamē mēoria. Speculatiuus vero intellectus: plures eandem speciem/ a memoria resumit.

Non est dabile primū tēporis instans: quo intellectualis species subsistit in memoria.

Nam ois intellectualis species: oritur et incipit intellectualis esse in intellectu. Et in eodē per precedentē solo quo orta est instāti perseverat: confesliq; trāfit ad memoriam. Omni igit̄ alio instanti, postq; fuit & cepit esse in intellectu: cū sit in animi thalamos introducta: est & subsistit i memoria. Sed iter quecūq; duo instāti: reliquūt alia instāti/ numero infinita. Impossiile enim est duo instāti: sibi inicem in tēpore esse attigua & proxima. Post igitur illud primū instāti: quo intellectualis species cepit esse in animo/ captata & deprehensa ab intellectu: nullū est aliud primum/ quo ceperit esse in memoria.

Intellectus (licet intellectualis species primo in eo subsistat) passibilis nō est sed sola memoria.

Nā nichil in instanti pati/ nullaq; momētanea fieri passio dicit. Fit enim omnis passio in tempore. Intellectualis autē species: solo instāti/ habet esse in intellectu. Cetero autem toto tempore & euo: habet esse & stabilitur in memoria. igitur & intellectus ab intellectuali specie/ manet imp̄assibilis: sola vero memoria ab ea passibiliter ac diuidue afficitur.

Comparationes intellectus & memorie adiūcēm. **Cap. XIII.**

Mnis intelligibilis species est successiva i intellectu/ p̄manēs i mēoria. **O**mnis quippe intellectualis species/ solo instāti in intellectu perseverat: in memoria vero. aut secundum tempus aut in futuro toto euo saluatur. Succedit igitur & transit omnis species per intellectum: stat vero figurāq; in memoria.

Intellectus aut nichil est/ aut tantum vnum est: & continue aliud et aliud. Memoria vero aut nichil est/ aut multa/ aut omnia.

Intellectus (vt sepe diximus) ab initio nichil est. Nullam enim ingenitam habet specie/ nulla naturali affectus est imagine. Est tamen potentia omnium/ & natus est fieri omnia. & aliquādo incipit omnia fieri / & continue fit aliquid: quamdui sigillati aliqua intelligibilis



spēs illū subdit. Et cū vt probatū est duo simul intelligere nequacat/ sed tantū vñū impers & minimū: nō potest simul esse duo/ sed tantū vñū. Impossibile enī est vt due itelligibiles spēcies: simul & ex equo in ora/ in agustias & fauces intellect⁹ irrūpant/ simulq; in animo recipiant. Et rurū cū nulla intellectualis species/ duobus momentis perseueret in intellectu: intellectus nō est bis idem aut duob⁹ momētis idē: sed cōtinuo specie succedit alia species: quoad decurs⁹ sit & absoluta itelligibiliū specierū linea sitq; fact⁹ oia intellect⁹. Est igitur intellect⁹ aliud aliud & aliud: & nūq; simul duo aut plura. Et hec iterum de practico & acquisitivo intellectu/ vt prius dicunt. Nā speculatiu⁹ intellectus/ qui relicto exteriore obiecto & mundo: in adytis animi/ solā internā mēoriā speculat⁹: immutabilis est & sēper idē. Porro memoria ante operationē practici intellect⁹ nichil est: quippe inanis & vacua. deinde fit aliquid/ per alicuius speciei susceptionē. Postq; vero multis ditata est specieb⁹: est plurima. Deinde consūmato specierū curriculo: cū iā desūt intellectus esse practicus/ cū circa memoriam speculatiu⁹ esse incipit: memoria est omnia/ perpetuo omnia futura.

C Intellectus ab initio nichil est/ aliquando fit omnia; fact⁹ vero omnia/ rursum in fine nichil est.

C Intellectus: intellectus agēs. Nā is (vt dixim⁹) ab initio nichil est. Incipit autē aliquando fieri omnia: & cōtinue fit aliquid & aliquid/ aliud & aliud: quoad oia fact⁹ sit. Omnia autē fact⁹ rursum in fine nichil est. Nā vt ab initio nullā gestabat speciem & nichil erat: ita & in fine nullā rursum probatur habere in se speciem. Omne quippe intelligibilem speciem depōsuit i mēoriā: que sola est oia & specierū oīm loc⁹. In ipso vero intellectu nulla pseuerat spēs.

C Sicut mūdus per sensum/ omnia presentat intellectui: ita & intellect⁹ omnia que habet a mūdo/ memorie imprimit. Memoria vero in fine eadem omnia/ intellectui presentat.

C Nichil denegat mūdus humano intellectui: nulla ab eius substrahit intuitu. sed omnem quam in se cōtinet sēsibilem substantiā: cideim per sensū presētā/ seq; totū cognitioni & lustrationi eius offert. Similiter et intellectus nichil abscondit a mēoriā: nichil nō illi cōmendat & iprimit. Quicquid pri⁹ persens in mūdo/ vt practicus/ vident: in illā traducit. Rursum memoria/ ne p mūdo/ neq; intellectu reperitur infidelior. vt aliquid ab intellectu suscepit: quod nō illius speculationi & arcane actioni obuiam ire iubeat: singula in fine referens ac illi perpetuo obijciēs. Impossibile ēi est aliquid interire eorū que recipiūt in mēoriā: aut aliquid esse in memoria/ quod sit speculatiu⁹ intellectui iperū/ occultū/ incognitū. Tot⁹ enī speculatiu⁹ intellectus: est in tota memoria/ vt actus in potentia/ totam iugiter perlustrat memoriam illiq; semper adest et omnia que in ea sunt videt. Nēpe intellectus & lux est mēorie: & opifex autōque eorum omnium que sunt i memoria.

C Omnia pri⁹ erāt in mūdo/ transierunt per intellectū / facta sūt in mēoriā.

C Hec ex precedentibus euadit q̄ manifestissima. Nā intellectus omnia que sunt in mūdo/ in suā transfert memoriam: sibi cōsubstatiālem/ coeūā atq; vñā. Est enim medius inter mūdū et suā ipsius memoriam. vt practicus ab initio/ respiciens mūdū: vt vero speculatiu⁹/ in fine/ conuersus in mēoriā. Igī intellect⁹ trāsitus quidā est: & deflux⁹ oīm a mūdo/ ad mēoriā.

C Memoria est immutabilis. quod semel facta est semper est.

C Intellectualis spēs postq; recepta ē i mēoriā: pseuerat saluaturq; in mēoriā: & id qđ semel facta est mēoriā: nō mō diu sed semper est futura. Q[uo] enī semel/ vt canūt/ est libuta recēs: seruabit odore testa diu. Est enī mēoriā stat⁹/ cōseruatiō futurū euū; specierū. sicut & intellectus ex opposito dicit intelligibiliū specierū mot⁹/ transit⁹/ decursus/ tēpus et presēs. Nā sicut de tēpore nō habemus. Vt aiunt/ nisi presēs/ nūc & instans: et est solū tēpus quando fit & nō pmanet: euū autē incōsumabile est fixū et permanēs: ita et intellectualis omnes spēcies/ in intellectu dūtaxat secūdūm nūc et instās presens residere dicte sunt: in mēoriā vero stant p euū. Rursum oīs intellectualis species/ haud in aliquo alio subsistere nata est: q̄ i mīnōre mūdo et in hoīs anima. intrat autē ac subit hoīs anīnum/ per valvas intellect⁹: a quo euestigio trāsīt ad mēoriā et recipitur in mēoriā. Est enī intellect⁹ anterior animi pars: & qui solū omnes intellectualis species/ intus admittit. Mēoriā vero pars est anime interior: cui asservādas species/ intellectus cōmendat. A mēoriā vero ad intellectū/ regress⁹ fieri negat illus: vt relinquēs mēoriā intellectualis species/ ad intellectū & ad ipsa aī ora naufragia facit.


ueritatem. Et in alio nullo subsistere potest: quia in memoria. Perseuerat igitur iugiter ac stat in memoria. Si enī digredi et exterminari ab anima intellectuale specie posueris: necesse est ut facias ei ad memoriam ad intellectum regressio. sicut spes ad intellectum reciprocā: ut ijs klevaluis quibus minorē mūdū animi subiit se fere naufragia pripiat. Omnis autē species ostēla est: tantū semel & vno instāti: nata esse in fauicib⁹ intellect⁹. Rursum intelligibilium entium nichil interit. Intellectualis autē species est intelligibile quiddā. iterit igitur ipsa nūq. Et si nūq iterit: saper est et subsistit. ubi esse & subsistere est nata: scilicet ī niōre mūdo in animo in deniq; memoria. Est igitur et animus et memoria immutabilis: & quicquid semel est facta saper est futura. Intelligere rursus linēam eui cui simillimus est animus. Est enim animus immortalis: creatus in euo habens durationis initium finem nullum habiturus. linea vero eui ab certo pariter orta initio: nullam periodū offendit. Si igitur totus animus similis est euo: erit prima & anterior animi pars (quā vocamus intellectū) simillima eui initio: id est primario totius eui pūcto siue ipsius eui origini. reliqua vero animi pars quam memoriam vocam⁹: similis erit ei totius quod in euo post primū eius punctum relinquitur. Hoc autem est infinitū et sine fine. Est itaq; et memoria sine fine: et quicquid est in memoria memorie cœuternum. Est enim intellectus duxat punctum fons & ortus intellectualiū specierum. Memoria vero earum est infinita linea numerus conservatio et euum.

7. CIntellectus sigillatim est omnia: memoria vero est omnia simul.

CNam per omnia discurrit intellectus. et cōtinue est aliud & aliud: quoad sit absoluta intelligibilium linea. Omnia autem continue recipiuntur in memoria & conservantur in memoria. & quecumque ab initio ad finem in ea recepta sunt: simul in ea perseverant. In fine igitur illi omnia insunt. & est ipsa omnia simul.

8. CA mundo ad intellectum vna fit pyramis sensibilis: ab intellectu vero ad memoriam reliqua intellectualis.

CFigura que exurgit a tota simul multitudine ad unitatem: aut ab unitate ad totam pluralitem: aut est pyramis/aut pyramidis similis. In mundo autē est et subsistit tota entū multitudo: versanturque in eo cuncta simul sensibilia. Similiter et in memoria tota subsistit intellectualium specierum frequētia: in qua omnes intellectuales species sunt saluaturque simul. Mundus igitur simul est omnia: itidem et memoria simul omnia. Intellectus autem nunq; est omnia simul: sed continue tantum unum/minimum & impers. Est igitur intellectus apex mundi et memorie & utriusque centrum. A mundo itaq; et memoria ad intellectum: sunt in utriusque partem/duae pyramides. sensibilis vna: cuius basis mūdū/ alia intellectualis: cuius basis memoria. Intellectus vero conus est et vertex communis utriusque.



9. CMemoria perinde atque intellectus: est indivisiibilis et imparabilis.

CNā memoria est intellectui cōsubstancialis: rei tātū & ratiōis discrimine: ab intellectu distinguenda. Sunt enī intellect⁹ et memoria: vni rationalis & immortalis aie/ vna atque idividua substancialia que (vt ait) tota est toti corpori: & tota cuilibet eius p̄t p̄sens. Est igitur memoria eiusdem naturae/ cuius & intellect⁹: immaterialis incorruptibilis/ insensibilis/ simplex/ nō quāta/ idividua & impars. Quicquid enim diuidi potest: sensibile/ materiale & corruptibile sit/ oportet.

10. CVnde fit ut in memoria sint omnia utrobius simul: & tempore & loco.

CSensibilium substancialium & eorumque sunt in mundo: differentiae ac circūstātie sunt tempore & loco. Nā secundum locū & tempore: quatuor sunt res: esse diū modi. Aut ei aliq; & tempore et loco diuidūt. vt Nabuchodonosor & Dauid. hic enī tempore prior & antiquior ille posterior. hic hierosolimorū: ille Babyloniorū regno potiti sunt. Aut aliqua loco quidē cōiuncta sunt tempore diducta: vt Dauid & Iosias. Ambo enī diuersis etatibus hierosolimorū reges exitere. Aut loco diducta sunt tempore vero cōiuncta: vt Dauid & Naasāmonites. Ambo quippe synchroni & cōtemporanei: diuersis in locis regnisceris p̄fuerit: Dauid in Iherusalē Naasā in Rabath filiorū Ammon. Aut aliq; deinde loco et tempore sunt simul: hoc autem modo nulla in mundo subsistunt entia. Nam quecumque in mundo sunt sensibilia sunt: & que sine aut utriusque: aut alterius (loci scilicet aut temporis) differentia subsistere nequeunt. Q uod igitur fieri nequit in mundo: commodius fit et adimpletur in homine/ mundo nō more. cuius impers & insensibilis memoria: simul emnia suis finibus excipit. omnem intra se recludit speciem: nō modo simul loco & tempore: sed & supra locum & tempus modo quo p̄iam sensibilibus eminentiore.

Primum postmodum	Posteriorius	Prius	Posteriorius	Prius	Secundus
	Nabuchodonosor	David	Iosias	David	
Babylon	Iherusalem		Iherusalem		
Præstūc			Idem tempus		
Tertius	Naas	David	Hoc modo nulla		Quartus
	Rabath	Iherusalem	in mundo sunt		
			simil		
			Idem locus		

¶ Que sit figura intellectui & que memorie apta.

Cap. XV.



iae pars anterior; memoria vero interior; & vt anime profundū & vltimum.

¶ Sicut sensibile speculū duabus cōflatatur superficiebus: vna illustri & anteriore/ p quā in eo recipitur & introduciā imago. Alia interiore/ p funda & opaca: que eandē imaginē fulcit/ cōtinet/ visui reþsentat facitq; apparere: ita & in aia/ duas pari analogia animaduerte su- perfcies duo pūcta/ geminosq; alpectq;. Supfcies animi anterior: ea est que intra animum species admittit. interior vero & p funda/ que iſdē speciesq; it obuiā: queue eas claudit/ cō- tinet/ alteri faciei reþsentat & apparere facit. Prima/ intellect⁹: secunda/ memoria nūcupat.

¶ Intellectus natus est per omnia ferri/ discurrere/ penetrare: memoria vero / stare immobilis est nata.

¶ Intellectus ex attactu oīm: oīa ediscit. haurit vniuersorū species: refertq; cunctorū vestigia & sigillaria/ ad memoriam. Debet igit sensib⁹ euectus ferri & discurrere per mūdū & pe- netrare per oīa. vt i ipsiis rerū adytis factus/ vt intra oīa receptus: rerū naturā clariss/ eme- dullatiss & intimi⁹ rūmet/ scrutetur/ intueatur. Memoria autē stare immobilis est nata & sub- fidere intellectui: vt q nichil a mūdo/ sed oīa ab intellectu p̄stolatur. Fit enī intellect⁹ emin⁹: quodā motu & ab ipso mūdo oīa. Mēoria vero comin⁹/ sine motu & ab ipso intellectu: oīa fit. Est autē semotior amūdo intellect⁹: q ab intellectu mēoria. brevioreq; radio/ memoria ab intellectu: q intellectus a mūdo rerū species desūmit.

¶ Vnde fit vt intellectui ad motū & penetrandū p oīa: propriū sit acumen.

¶ Nam cuicūq; inest acumen et angularis apex: id facilime per omnia fertur/ ac penetrat et intra cuncta/ nulla vi admittitur. Vt angulus acutus/ facilius omnia subibit et cuncta su- bulabit: q obtusus. aptior quoq; est ad motū/ q obtusus. difficultius quippe resistit mediū acu- to angulo q obuso. minusque ab obtuso angulo/ diuelluntur aer aut aqua/ per q delatio mo- tūs exerceatur/ q ab acuto

¶ Intellectus est maxime actiuitatis & nullius continentie. Memoria null⁹ 4 actiuitatis est & maxime continentie.


¶ Intellectus est suapte natura agens: memoria vero passibilis. Quascūq; enī species cap- tat a mūdo intellectus/ haud sibi ipsi illas imprimit: sed statim cōmēdat memorie. que licet null⁹ sit actiuitatis/ nullaque disquirat a mundo species: dispansissima tamen est et amplissi- me cōtinentie. Omnia quippe in illā deriuantur/ in ea fulcītur saluāturq; que cunctq; practi- cus intellectus circa mundum negociosus/ in animū introducit.

¶ Angulus acutus/intellectui est proprius: obtusus vero memorie.

¶ Nā acut⁹ angulus/ est ad penetrandū aptior obtuso: & minoris cōtinētie & capacitatis. Obtusus vero cū ad penetrādū sit hebes: cōtinētie tñ & capacitatis/ reperitur esse maioris.


¶ Intellectus et memoria: ad inuicem sūt transpositi.

¶ Nā finge intellectū/ angulū esse acutū: mēoriā vero obtusū. Intellect⁹ velut dux pūius & pārochus animi: suapte natura i ante p̄git/ p oīa penetrās. Mēoria vero pedissequa intellectus: oīa que ab illo captant in sese receptat & saluat. Est igit anguli acu- ti (qui est intellect⁹) acumē in ante cōuertēdū. Anguli vero ob- tusi (que est memoria) latera sūt in ante cōuertēda: acumē vero postrōsū. Hoc ei pacto me- moria ab ytraq; parte & latere: cōplectet/ recipiet/ ambibit q̄cūq; pūio intellectui occurret.



6

CAcutissimus & obtusissimus angulus: sunt vere intellectus & memoria.
Nam quanto angulus acutior: tanto terebrati oia intellectui euadit similior. quanto vero obtusior: tanto sinuosa fusa capacius memorie. Acutissimus igit & obtusissimus anguli: intellectus & memorie sunt quasi similimi. Sit itaque recta linea a/b/c: & sit recta b/d/sup. eam a medio eius puncto perpendicularis. Linea b/d est acutissimus angulus: linea vero a/b/c obtusissimus est. Est igit linea b/d ut intellectus: linea vero a/b/c ut memoria. Nam & linea b/d ait primus: ad motum iprimis & ad tertium branda singula congruit. linea vero a/b/c ad motum ieprior: ab rerum penetratu ac terebratio fatiscit. dispersis tamen intrarum per lacertis b/a & b/c: re Intellectus Memoria



CTriangulus est figura intellectus: circulus vero memoria figura.

Nam sicut intellectus est ante memoriam: memoria vero post intellectum in animi sita profundo: ita & triangulus anterior est circulo: velut omnium polygoniarum dux. circulus vero triangulum comitans: velut polygoniarum finis profundus & omnis velut in. Rursus triangulum omnem polygonam angulorum precellit acumine: ad motum & penetrandum merito super omnes aptissimus. Circulus vero obtusissima & fulissima polygonia est: & omnis angulorum simplex coicidet & uniformitas: ad motum & exterebrada entia incongrua. Ipsi quoque triangulo minimus ascribitur captus & continet vis. circulum vero contra: capacissimo ambactu & cunctis polygonis continet esse volunt omnes & amplissime continentie.

Polygona & multorum angulorum.

Simplissima complexus concordia.

Vnde fit ut qui acutissimo sunt ingenio minus valeant memoria: & qui ingenio obtusiore interdum tenacioris memorie comperiantur.

Si enim plus dederis intellectui substrahis a memoria: & si plus memorie tollis ab intellectu. Quanto enim acutior est intellectus: tanto magis ab eo rapitur memoria. Et quanto obtusior & extensior memoria: tanto magis ad memoriam et conseruationem specierum rapiunt hominis animus: ut earum acquisitioni minus intendat. Nam cum proprium sit intellectui discurrere/ ferri/ moueri: memoria vero propria sit quies & subsidetia: difficile est animum motui simul & quieti esse intentum. Et quanto plus valet animus ad motum: tanto minus ad quietem, quanto plus valet ad quietem: tanto tardior ad motum censetur.

Vera & equalissima animi dispositio: est in perpendiculari & duobus rectis angulis.

Sit ut prius linea b/d/sup. a/b/c perpendicularis. Fiant super lineam a/b/c duo anguli recti a/b/d & c/b/d. dico hanc figuram: esse velut optimam & equalissimam animi dispositionem. Nam linea b/d est acutissimus angulus: aptissimus ad penetrandum: & ut optima ipsius intellectus dispositio. linea vero a/b/c est obtusissimus angulus sume continet & capacitatibus: & ut ipsius memorie vera & equalissima adaptatio. Similiter igit linea b/d & a/b/d que duos continent angulos rectos: verissimam et equalissimam virtusque animi virtutem intelligentie scilicet atque memorie dispositionem congruentiam & naturam exprimit.

Questio angelicus intellectus ad humanum: est ut intellectus ad memoriam.

Cap. XVI
c iii

Angelicus intellectus anterior est humano: humanus vero angelico posterior et ut angelici profundum et ultimum.

Angelicus intellectus antiquior est humano: & in anteriore ad deum parte collocatus velut prius & dux humane in deum subvectionis. Humanus vero post angelicum factus & situs est: tanquam immobile & profundum intellectum diuineque lucis & cognitiois ultimum. **V**nde fit ut angelicus intellectus et humanus: sese adinuicem habeant ut intellectus & memoria.

Conā sicut intellectus est: anterior animi pars in ipsis aie valuis & aditibus collocata: memoria vero interior aie pars residens sub intellectu: ita & angelicus intellectus humano anterior intellectui deo vicinior & propior. Humanus vero stat sub angelico eo paulo inferior. Et sicut primogenia dux taxat eiusdem intelligibilis speciei captatio est vere intelligentia: secunda vero eius speculatio: non vere & simpliciter est intelligentia: sed intelligentie resumptio & iteratio: quā vocamus memoriam: ita & solus angelicus intellectus est vere simpliciter & primogenitus intellectus & ut intellectualis unitas. Humanus vero haud simpliciter & vere est intellectus: sed secundus intellectus & primus intellectus iteratio resumptio dualitas & velut quedam angelici intellectus memoria. Diffiniunt enim prius intellectus simplicitate primitate & unitate: memoria vero dualitate & alio quoque numero.

Diuine lucis radius ortus a deo transit per angelicum intellectum: stat manifestaque in humano.

Sicut in hoc intellectus est transitus omnium intellectualium specierum que sensibiliter oriuntur a mundo: earum vero stat & ultimum dicta est memoria: ita & angelicus intellectus transitus quodam est & ipsius diuine lucis quae a deo suo motu habet initium, humanus vero stat est & meta eiusdem lucis: quae in humana mente collecta in diuina quādā specie vultusque figura. Sicut enim nulla intellectualis species pseuerat aut manet in intellectu: sed penetrans per intellectum ferit transitus cōfessi ad memoriam: ita & diuina illa lux recepta primū in angelico intellectu: in illo haud quāque figura aut immobilis cotineat: sed per illius transparētiā: in humano usque intellectum desertur.

Vnde manifestum est deum ad utrumque intellectum: eo se modo habere: quo mundus ad humanum intellectum & humanam memoriam.

In primaria & excutanea eruditio & consumatio humani intellectus a mundo perceptibilium species: initium motu & ortus specierum est mundus. Mediū vero earumque transitus: humanus intellectus. Finis autem motus & specierum status: humana memoria. In hoc itaque motu ante mundū nichil est & post membrum nichil. In arcana autem alia potiore eruditio & consumatione humani intellectus a deo siue iusceptio intelligibilis iusibilisque lucis: deus piter est totius motus initium & fons expetit a mente claritatis. Angelicus vero intellectus mediū est: per quod lux eadē succedit atque defert. Humanus autem finis & diuine eiusdem lucis stat. Est igitur deus ad angelicum & humanum intellectum: sicut mundus ad humanum intellectum humanaque memoria. Vnde fit ut ante deum nullum sit diuine lucis iubar: & post hominem iterū nullū. sicut neque ante mundū nulla est sensibilis species: neque post membrum villa. Diuina quoque lux: in deo est ut in fonte. In angelis ut in fluvio & delatione sui, non homine vero ut in maris iusque curriculi periodo.

Deus primum ab eterno sibi ipsi cognitus est: deinde angelico intellectui innotuit, postea humano: ac deinceps alteri nulli

Lux est eorumque abdita arcana & incognitae sunt: apparitio sciētia: referatio & demonstratio. Lux autem primum in deo est: qui et ipse tota sincera & immaculata lux esse diffinit: quae sibi ipsi ab eterno aderat: semetipsa continebat: libravat: appredebat. Deinde diuina illa lux creationis motu extra se perfecta: duo sibi susceptacula: domicilia & naturalia specula adaptavit: angelicum humanique intellectum. & in angelico primum recepta: demū per eundem in humano quoque intellectum deriuari voluit: atque in eo ipso figi colligi & figurari sui splendoris iubar. Nichilque per post humanum intellectum: diuine illius inuisibilis lucis efficitur capax. Igitur deus iprimis & ab eterno sibi ipsi modo nobis ignoto cognitus & per cuius extirrit. Angelico deinde intellectui & humano: per inhabitacionem diuine sue lucis: post creatam secula innotescit.

Vnde fit ut tria sit diuina cognitione: diuina angelica humana.

Quod perfectum est: trium est. Diuina autem cognitione & sciētia est perfectum quodammodo. diuina igitur sciētia est & tria: diuina angelica humana. Diuina est qua deus deo pellucet & per cuius sit.

Angelica:qua deū angel⁹ cōtēplati. Humana qua de⁹ hoī suffulget & inotescit. Et he tres sc̄iēt̄e sūteiusdē obiecti sc̄ilicet dei: sed diuersorū subiectorū d̄ei/ angeli/ hominis.

CSciētia dei prima mēs est: secūda intellectus/tertia/ratio.

Hec tria mēs/intellect⁹/ ratio: licet a plerisq; nullā putent habere differētiā/ latissimo tamē distant iteruallo. Nā mēs est soli⁹ dei. Intellectus angelī. Ratio hoīs. Mēs enī dicitur ea vis:qua de⁹ seip̄su p̄hēdit & intuetur. Intellect⁹:qua de⁹ ab angelo caprat. Ratio qua de⁹ ab hoīe. Mēs est qua idē/ dinoscitur a seip̄so. Intellect⁹: quo pximū pximo et attiguo/sit e medio reuelatur. Ratio qua q̄ medio aliquo interhiante discludūtur: sibiuiicē p mediū nudantur. Rationi q̄ppe propriū est: vt p mediū discurrēs seniū/ ad finē oggrassetur. Igitur & deus ipse cū sit vnicū & sui et āgeli/ & hoīs obiectū: a seip̄so mēte dinoscitur/ ab āgelo itellētu & sine medio. ab hoīe vero: ratiōep mediū angelū discurrēte: subulāte & p̄q̄ēte finē.

Cognitio ratione humana inferior/ sensus dicitur: ad quam vſq; diuine lucis/ inuisibilis radius minime pertingit.

Sub hūana ratiōe/ alia est cognitio quā seniū vocam⁹: ad quā vſq; minime ptingit/ diuine lucis imaculatū iubar. Et hec vltima & extima est cognitionū oīm: & velut oīs diuine sci entie nox/ occasus/ tenebre atq; ypostasis. Sicut enī terra/ p̄stantiorib⁹ trib⁹ elemētis subſi denſ/ suopte p̄dere in imo & mūdi cētro colliḡit: ita & sensitiua dinoscēdi vis/ a ceteris in tellectualiū cognitionū viribus/ velut abiecta & humiliata tēripauij vice calcatur & po steretur. Et sicut terra cū superiorib⁹ trib⁹ elemētis/ cōuenit feime solo noīe elemētū. Sūt enī quatuor elemēta ita & sensiū cognitio/ pene solo noīe/ ceteris tribus cōtēplatiis facultib⁹ copulatur: cū sit & vocetur cognitio. Et sicut tria prestiōria elemēta ignis/ aer/ aqua: iterna aliqua vi motrice & naturali agitatione p̄dita cernunt̄ (Ignis siquidē ab actū pprio fertur cōcitatuue in altū. Vent⁹ qui aer quidā est. in latū rapi tur. Aqua p seip̄sa vitalē actū gerēs: in lōgū disfluitat eq̄ suis fōtib⁹ in mare labitur. Terra vero velut fex & retrimentiū superiorū elemētorū: suapte natura manet imota/ ieq; nullant̄ locorū differētiā p seip̄sa defertur) ita & celsiores tres cognitiones: mens intellect⁹/ ratio/ hāc adiuicē cognitionē habēt: q̄ sunt cognitiones diuine/ que circa deū vt obiectū versētur. Mēs etenim vt ignis tēdit in altum. Intellectui lateralis aspeclus cōgruit. Ratio/ in lōgumi fertur. Mēs vt corp⁹ est. Intellect⁹ vt ſupficies. Ratio vt linea. Extrema vero sens⁹ cognitione & pūcto & terre ſimilis dicāt. puncto: q̄ caret iteruallo ſitq; cognitionū brcuillima. que ſu pra aut extra corp⁹ fundi nequeat: q̄q; nichil aliud/ q̄ corporeū & materiale: captare & in tueri ſit nata. Terre vero eadē de cauſa: q̄ preſta in imo/ celos exterebrare/ celeſtia rimari entia veteſ. que diuino lumine/ nusq; feriatur: ſitq; diuine totius gnaritudinis/ ſcientie & allurrectionis expers.

*Ypostasis. p̄stantia
mētua ſive forma
& p̄nordial materia,
Terrapauū/ qd cū nulli
paſcuntur ex ore eoz de
cidit & terra paſat.*

Clibri de intellectu finis. Gratia deo vtriusq;
intellectus opifici totiusq; lucis fonti
inuisibili.



CTabula eorum que in libro de intellectu pertractantur.
Libri de intellectu capita

16

Cap.I.

Quod tantum gemini creati intellectus propositiones
Cap.II.

10

Desimplicitate angelici intellectus: & permixtione humani. propōnes.
Cap.III.

9

Quod deus est utriusq; intellectus obiectum Propōnes.
Cap.III.

,

De utriusq; intellectus speculari natura: & amborum illustratione a deo.
Propositiones.

7

Cap.V.

Quod Angelicus intellectus sit interior & cōtemplatiuus: hūanus vero ut ex-
terior/practicus/actiuus. Propositiones.

7

Cap.VI.

Quod diuina mens omnia in angelico concepit intellectu: scripsit in humano.
Propositiones.

8

Cap.VII.

De duplīcī actione hūani intellectu: praxis scilicet & cōtemplatiōe Propōnes.
Cap.VIII.

10

De ortu intellectualium, specierum a mundo: transitu earum per humanū
intellectum & statu earumdē in memoria. Propositiones.

10

Cap.IX.

Quod omnia prius fuerunt in intellectu: & extra intellectum facta/ tandem in
intellectum reuertantur. Propositiones.

8

Cap.X.

Quopacto humanus intellectus dicatur esse in corpore: & non esse in cor-
pore. Propositiones.

8

Cap.XI.

Quod uterq; intellectus eo quo creatus est modo consumatur. Propositiones.
Cap.XII.

6

Quod angelici & humani intellectus se habent quomodo fluxe et permanētes
qualitates. Propositiones.

9

Cap.XIII.

Quod intellectus simul multa non intelligit. Propositiones.

,

Cap.XIII.

Comparationes intellectus & memorie adinuicem. Propositiones.

10

Cap.XV.

Quae sit figura intellectui & que memorie apta. Propositiones

10

Cap.XVI. et ultimū

Quod angelicus intellectus ad hūanū est ut intellectus ad meoriā. Propōnes.

8

CAROLVS BOVILLVS SAMAROBRINVS AMPLIS:
SIMO PATRI CAROLO DE GENLIS PONTIFICI NO:
VIODVNENSI. S. P. D.



Vm libellum de intellectu imprimis edidisse sacratissime presul: tantisper laxatis mentis habenis/a nouorum opusculorū editione suspedebā: quoad menti ingereret sese quid potissimum post intellectū afferrem in medium: cuiue generi emendullādo atq; retegēdo nostra famularetur oratio. Affuit aut̄ illico sensuū gen⁹: quod quia cognatum quidē est vicinumq; intellectui presertim hūano: de seipso quoq; verba facere a nobis ipetrauit. Egre quippe ferebat si vim intellectuā prouidam toti⁹ humane rei dome⁹ flce matrem familias / ceterarumq; viri⁹ sagacissimā moderatricem / prolo⁹ quuti effatiq; eramus: nisi & quotquot eidem sublīnt ancillule quibusue illi ministrāt ordinib⁹ pari tractatulo pmerem⁹. Rat⁹ itaq; hanc sensuū obiur⁹ gationem merito cōpescendam / satisq; esse faciundū humani intellect⁹ pedis sequis: vniuersā ei⁹ cliētelā hoc opere pro viribus reserandā suscepī. Est autē sensuū turba: in hexadis primi pfecti nūeri examine ac lance / per pulcre pensata / discreta & numerata. Quinq; enī sunt ^{scopus} quos limentinos & excutaneos. nūcupare soleim⁹: Tactus / Gustus / Olfact⁹ / Visus / Audit⁹ / qui ad hūani corporis podium & cuticulā exorrecti: eorū que citra hominē sunt / censores euadunt & arbitri. primūq; mūdanarum specierum cōmeatum: suis infundibulis in hominīs exedras ac thalamos iportant. Superest vero sensus ali⁹ / horum quinq; sensuum materialis apex: natura subcutaneus / intern⁹ abditusq; i cerebro: quam nos imaginationem vimq; noctilucorum spectrorum ac visorum inspectricem / nuncupamus. Hec enim solerti officio / specierum defecationi iūlla preesse: allata ab extimis limentinisque sensibus mundanarum rerum sigillaria ac species (elimata prius ab eis omni materialiū atomorum scobe) in penetralia intellectus / in toti⁹ hūane cognitionis penitissimum secessum & eminētiſſimum verticē transmittit. Nā intellectus & huic imaginatiue facultati & excutaneis sensibus presidens: supremā hoīnis operationē molit / pascitq; animū defecatissimārū & imaterialiū specierū suffitū. His etenim septenis cognitionum viribus: natura minorem mūdum / maiorimūdo commode exequauit. tantisq; facibus / humanā substantiam illustrauit: quātis erronum lampadibus maioribusue ignib⁹ celestia corpora succedit atq; adornauit. Que igitur post tractatulum de intellectu / orsi de sensu dicere / in opusculi formā redigimus: sub clarissimi tui nominis tutelam / prelo demādari curauimus. quo & posticā liuidolorum sannam ac Rhinocerotiam nasitatem nichil expallescant: & illustriorem sibi lucem vendicent. Vale.

d

^{Hexas ad sextinas}

^{scimus / extiores}

Podium long pōrecto ex domini
instar pulpiti. ex spētrū soli;
Infundibula instar q
liques infundit in vesta.
Exedras sita sparsa in
domib⁹ q̄ tristitia / ramē
tei; fennae de

Spectru tei.

^{Suffitū fūnigatio-}
^{Suffire fūnigare.}

Prēlū dīc pīfūna libīa
Instar rōbi q̄ libri pōmīt.
Sanna / ē solutq; doris: a na-
rīi sonīi. In fīsāmārē grīder
Rhinocerotia nāfīas / frā-
dulenta dērsione accīpt.

